

spiritibus mens deliciis roboretur. *Serm. 4, Quadrag.*

106. Pia vita sanctorum nunquam aliena est crucis Christi, dum continentia claris desideriis carnis configit, et corporales cupiditates virtute spiritus in se habitantibus interficit. *Prose.*

107. Difficile est enim quemquam in se non habere, quod perimat: extinguenda est iracundia, mortificanda superbia, destruenda luxuria. *Ibid., serm. 7.*

108. Toties peccatis moritur, quoties in nobis peccata moriuntur: ubi homo occiditur mundo, non terminationis sensuum, sed sine vitiorum. *Serm. de Machabais.*

109. Per voluntarias afflictiones caro concupiscentis moritur, virtutibus spiritus innovatur. *Serm. 2, de Jejun. decimi mensis.*

110. Susceptio crucis est interfectio cupiditatum, occisio vitiorum, declinatio vanitatis, et abdicatio omnis erroris. *Serm. 2, de Resurr.*

111. Tanto sit rationalis anima purgator, quanto fuerit substantia carnis afflictior. *Serm. 4, de Jejun. Pentec.*

112. Vita mortificanda sunt, non corpusculum opprimendum, nec natura destruenda. *In Speculo spirit., cap. 5.*

113. Excellentissimum plane exercitium est, mentem semper habere mortificatam: in vera enim atque integra mortificatione, vera et jucundissima vita latet: qui enim moritur semper in seipso, semper in Deo nova vita vivere incipit. *De institut. spirit., cap. 2.*

114. Anima quidem mortificata, est veluti hotrus maturus, mollis ac suavis: anima vero immortificata, est tanquam uva immatura, dura atque acerba. *Ibid.*

115. Mortificatio in initio quidem difficilis est ac molesta: sed ubi quis aliquandiu in ea viriliter persistit, jam dono Dei facilis omnino multumque amabilis redditur. *Ibid.*

116. Vera perfectio in mortificatione sui sita est: nam ad veram perfectionem, integra mortificatio pervenitur. *Ibid., cap. 7.*

117. Revera beatus est animus ille, qui rebus omnibus preclare mortuus est: sensibilibus quidem, vi sensus abdicata, intelligibilibus autem, intellectu motu quiescentis. *Centur. 3, de Virt. et vitio., cap. 21.*

118. Super omnia mortifica corpus tuum. *Parvens. 20.*

119. Abjice quicquid malitiam spirat, et membra carnis tuas vehementer mortifica. *Ibid., Orat. 4, de Gula.*

120. Si mortificationem in corpore tuo suscipis, et mortifices membra tua, peccato obnoxia,

tunc in te multiplicabuntur sensus boni et spirituales. *Prose.*

121. Si enim sensus carnis mortificentur, sensus spiritus crescant, et quotidie emoriantibus in te vitis, virtutum numerus augetur. *Homil. 4, in cap. 1 Ezodi. Super illud: Mortuus est Joseph.*

122. Caro laeta trahit nos ad culpam, afflictio retrahat ad veniam. *Serm. 45.*

123. Afflicto carnis est mensa spiritus. *In vita sua, cap. 19.*

124. Qui virtutum lapidibus festinat atrium sublime construere, prius necesse est inhorrentia carnalium delectationum mortificatione dumeta purgare. *Lib. 6 epist. 32.*

125. Indiscreta mortificatio, est causa morborum. *Ibid., epist. 34.*

126. Quid prodest castigatio, vel afflictio carnis, si desit munditia cordis? *Lib. 8, epist. 14, ad Sorores.*

127. Nequaquam sufficit, si a pravitate vite quisque convertitur, nisi et propria via gladio spiritus mortificare conetur. *Serm. 3, de S. Anastasio.*

128. Si quem delectat in arma consurgere, et adversus hostium cuneos dimicare, vorat manus in se, et illic plures inveniet adversarios obrutendos. *Ibid.*

129. Qui carnem suam crucifigit, qui membra sua abstinendo mortificat, ille vero crucem suam portat. *Serm. 18, de Invent. Crucis.*

130. Prudens vir, et ad salutis suae custodiam vehementer intentus, tanta reprimendis vitis sollicitudine semper invigilat, ut perfectas mortificationis cingulo lumbos suos et renes, ventrem una cum lateribus undique circumstringat. *Opusc. 13, cap. 2.*

131. Omnes voluntates proprias frange, undique te mortificatione precinge. *Opusc. 45, cap. 41.*

132. Cum vivimus, mortua est anima: si mortui fuerimus, tum demum anima vivit vita propria. *Lib. 1, Legis allegorie.*

133. Omnes mortificationes, quas inflata vanitas facit tolerabiles, non sunt ornamenta morum, sed velamina vitiorum. *Lib. 3, de Vita contemplat., cap. 10.*

134. Qui putantur crucem portare, sic portant ut plus habeant in crucis nomine dignitatis, quam in passione supplicii. *Lib. 3, de Gubern. Dei.*

135. Affectus artubus, vires corporum in virtutes transferantur animorum. *Prose.*

136. Mihi genus quoddam sanitatis esse videtur, hominem interdum non esse sanum: tunc sola exultat anima laeta, corpore affecto, quasi adversario subjugato. *Ibid., epist. 5, ad Culturam soror.*

THALASSIUS. 137. Proprium est rationalis, ut rationi subdatur: castigatque corpus in servitutem redigat. *Hecatonad. 2, sent. 5.*

138. Malitiam mortifica, ne mortuus non resurgas, et a brevi morte in longam transeas. *Ibid., Hecatonad. 4, sent. 54.*

139. Maceratio proprii corporis non est Deo accepta, nisi sit discreta: ut scilicet concupiscentia refrænetur, et naturo non nimis gravetur. 2, 2, quast. 88, art. 2.

140. Non est alia via ad vitam, nisi via sanctae crucis, et quotidianam mortificationis. *Prose.*

141. Ambula ubi vis, quaere quodcumque volueris, et non invenies altiorē viam supra, nec securiorem viam infra, nisi viam sanctae crucis. *Lib. 2, de Imit. Chr., cap. 12, sent. 3.*

142. Crux semper parata est, et ubique te expectat, non potes effugere quocumque cucurreris: quia quocumque iveris, teipsum tecum portas, et semper teipsum invenies. *Prose.*

143. Convertite te supra, convertite te infra, convertite te extra, convertite te intra, et in his omnibus invenies crucem.

144. Si libere crucem portas, portabit te, et ducet te ad desideratum finem: si invite portas, onus tibi facies, et teipsum magis gravis, et tamen oportet ut sustineas: si abjicis unam crucem, aliam procul dumo invenies, et forsitan graviores. *Ibid., sect. 4, et 5.*

145. Qui libere cum Deo ambulare desiderat, necesse est ut omnes pravas et inordinatas affectiones suas mortificet. *Ibid., lib. 3, cap. 53.*

146. Quanto caro plus premitur, tanto spiritus plus elevatur. *De Disciplina claustral., cap. 12, sect. 4.*

147. Opus est ut semper resecet quaecumque aut inhonesta videntur, aut turpia, qui animam suam ad celestem gloriam desiderat pervenire. *Homil. 2, de Arca vita.*

148. Nisi homo omnes voluntates carnis suae mortificaverit, non potest monachus fieri. *Lib. 5, lib. 3, de Computation., num. 11.*

149. Vade, et ama tibi ipsi vim facere: evagina gladium tuum, et exi in bellum. *In sent., sent. 46.*

150. In omnibus sibi unumquemque vim facere, hoc est via Dei, et opus monachi. *Ibid., sent. 92.*

151. Qui sibi vim facit propter Deum, similis est homini confessori. *Ibid., sent. 93, etc.*

SENTENTIA PAGANORUM.

SENeca. 152. Durius tractandum est corpus, ne animus male pereat: cibus famem sedet, potio sitim extinguat, vestis arecat frigus. *Epist. 8.*

153. Mors religiosi, facit vitam beatam. *Sent. 347.*

Vide etiam tit. *Austeritas vite*, per totum; *Delectatio*, sent. 26; *Domare*, per totum; *Fraternitas*, sent. 55; *Judicium sui*, sent. 10, 11, 12; *Mortificationem*, sent. 160; *Obedientiam*, sent. 145; *Sequitur Christum*, sent. 12; *Stultum*, sent. 70; *Venia*, sent. 36; *Vita humana*, sent. 117; *Voluntas propria*, sent. 72, 73.

MOTUS ANIMI, ET CORPORIS.

Etymologia. Motus animi graeco *πάθος*, nostri autem quidam (sicut Cicero) perturbationes, quidam affectiones vel affectus, quidam vero, sicut iste de graeco, expressius passiones vocant. *Lib. 9, de Civit. Dei, cap. 4.*

Definitio. Motus animi est affectus vituperabilis praeter naturam. *Centur. 4, de Charitate, cap. 35.* *Divisio.* Reor tres corporis motus existere. Unus ex natura, secundus ex pastu multorum ciborum, tertius est spirituum malignorum tentantium. *Epist. 4.*

Triplex est motus mentis, sensualitatis, et corporis. Primus est in voluntate, secundus in delectatione, tertius in opere. *Super Psalm. cxiii.*

Tres sunt motus in homine: motus mentis, motus corporis, motus sensualitatis. Motus mentis in voluntate est, motus corporis in opere, motus sensualitatis in delectatione. In motu mentis solo, liberum arbitrium est; in motu corporis, et sensualitatis, quae sequuntur liberum arbitrium. *Lib. 1, Miscellan.*

SENTENTIA PATRUM.

1. Tunc maxime insidiatur adversarius, quando videt nobis motus et passiones aliquas generari, tunc fomites movet, laqueos parat. *Lib. 1, Offic., cap. 4.*

2. Praeclarum est motum temperare consilio. *Lib. 5, super Lucam, cap. 6, in illud Psalm. iv: Trascimini, et nolite peccare, etc.*

3. Nulla mens est, quae non recipiat etiam maliarum motus agrestes cogitationum. *De Noe et Arca, cap. 16.*

4. Anima non illos carnales motus, ut cum libet exerit, ita etiam cum libet extinguit: non enim sicut peccatum in ejus potestate est, ita etiam poena peccati. *Lib. 6, Musica, cap. 5.*

5. Magna res est ipsa anima, nec ad opprimendos lascivos motus suos idonea sibi remanet. *Ibid.*

6. Cum non reguntur motus animi nostri, erumpunt et pergunt in fœdissimas consuetudines, et per diversas peritiosasque delectationes nos rapiunt et faciunt similes omni generi bestiarum: cum autem reguntur et subjunguntur, omnino mansuescunt, et nobiscum concorditer vivunt. *Lib. 1, De Genesi contra Manich., cap. 20.*

LUDOV. BLES.

S. MAXIMUS MART.

S. NILUS.

ORIGEN.

PETR. BLES.

S. PETRUS DAMIANUS.

THOMAS A KEMPIS.

S. VALERIA EPISCOPUS.

PHILO JUD.

IN VIT. PAT.

S. PROSPER.

SALVIANUS.

SENeca.

SIXTUS PHILOSOPH.

S. AUGUST.

S. MAXIMUS MART.

S. ANTONIUS ABBAS.

S. BONAV.

HUGO A S. VICTORE.

S. AMBROS.

S. AUGUST.

7. In omnibus motibus vestris nihil fiat quod iuxtaquam offendat aspectum, sed quod vestram deceat sanctitatem. Regula 3, *ad Clericos*.
8. Fastus elationis, et delectatio libidinis, et venenum curiositatis, motus sunt animæ mortuaræ. Lib. 13 *Confess.*, cap. 24.
9. Motibus animæ cum ratio dominatur, ordinatus homo dicendus est. Lib. 4, *de Libero arbitrio*, cap. 8.
10. Nulla culpa motus deprehendi potest, ubi natura necessitasque dominatur. *Ibid.*, lib. 3, cap. 1.
11. Si perversa est voluntas hominis, perversos habebit motus : si autem recta est, non solum inculpabiles, verum etiam laudabiles erunt. Lib. 14, *de Civit. Dei*, cap. 6.
12. Motus de amore boni, et de sancta charitate venientes, si vitia vocanda sunt, sinamus ut ea que vera vitia sunt, virtutes vocentur : sed cum rectam rationem sequantur isti motus, quando ubi oportet adhibentur, qui eos tunc morbos, seu vitiosas passiones audeat dicere? *Ibid.*, cap. 9.
13. Motus desideriorum inordinum, si consentientem traxerit atque illexerit, concipit paritque peccatum. Lib. 6, *contra Julianum*, cap. 14.
14. Motus animæ secundum carnem se moventis, et in deliciis carnales immoderate diffluere cupientis, regit intellectus. Super *Evangelium Joann.*, de cap. 4.
15. Pereant argumenta philosophorum, qui negant in sapientem cadere perturbaciones animorum. *Ibid.*, tract. 60, de cap. 13.
16. Capilli hominis magis numerabiles sunt, quam affectus ejus, et motus cordis. Lib. 4, *Conf.*, cap. 14.
17. Non omne quod movet, mutatur. *De immortal. animo*, cap. 3.
18. Cum ratio irrationales animi motus regit, id scilicet dominatur in homine, cui dominatio lege debetur. Lib. 1, *de Libero arbitrio*, cap. 8.
19. Motus aversionis quod fatemur esse peccatum, quoniam defectivus motus est, non pertinet ad Deum. *Ibid.*, lib. 20, cap. 20.
20. Motus quo huc atque illic voluntas convertitur, nisi esset voluntarius, neque laudandus, neque culpandus esset. *Ibid.*, lib. 3, cap. 1.
21. Hoc est hominis vita beata, cum omnes motus ejus rationi veritateque consentiant. Lib. *de Genesi contra Manich.*, cap. 20.
22. Nonnulli motus animorum apparent in vultu, et maxime in oculis. *Ibid.*, lib. 2, cap. 21.
23. Animus motus quamdiu rebus adhuc terrenis implicatur, pigritus inflammatur : si vero feratur ad similitudines corporales, et inde feratur ad spiritalia, ipso quasi transitu vegetatur. Epist. 119, cap. 11.
24. Sic Deus administrat omnia que creavit, ut etiam proprios exercere et agere motus sinat. Lib. 7, *de Civ. Dei*, cap. 30.
25. Corporis motus cum decentes atque congruentes sunt, inter naturæ prima memnerantur. *Ibid.*, lib. 19, cap. 4.
26. Deus temporalia movens, temporaliter non movetur. *Ibid.*, lib. 10, cap. 12.
27. Varios motus in corpore, nisi ipsa anima non facit, et nescit quod facit, vel unde facit : nec et turpe est ista quod nescit. Lib. 4, *de Anima et orig.*, cap. 5.
28. Nullus fit hominis ad hominem corporalis accessus, si desit corporis motus. Lib. 2, *de Nuptiis*, cap. 31.
29. Refrenari debent incontinentes motus voluptatis, bestiales motus curiositatis, et cervicosi motus elationis. Serm. 3, *de Circumcis.*
30. Conculca bestiales tuos motus, quia domari debent : ne dominari prevaleant, nisi calcati fuerint, conculebant te : nisi premanatur, oppriment te. Serm. 4, *Ascens.*
31. Mitiga offeros motus, et crudelium bestiam mansuifacere cura : ligatus es? solvere studeas quod rumpere omnino non possis. Serm. *De Convers. ad clericos*, cap. 11.
32. Motus carnis ex causis contingit. Ex precedenti cogitatione, ex ventris plenitudine, ex maligni spiritus impugnatione. In suis *Sent.*, cap. *Motus*.
33. Quis ita vigil et diligens observator motionum internarum suarum, sive in se, sive ex se factarum, ut liquido ad queque illi-cita sensu cordis sui discernat inter morbum mentis et morsum serpentis? Serm. 32, super *Cant.*
34. Vox quedam animi est, corporis motus : sepe enim per incessum proditur qualis sit animus. *De ordine vite*.
35. Pacifici motus animi componunt, et rationi subjiciunt. *De septem donis Spirit. sancti* in specie, *de Dono timoris*, cap. 4.
36. Motum conversio humane venit fragilitati, ut de lecto quis tristis, de placato iracundus, de benevolo reddatur offensus. Super *Psal. vi*, vers. 5.
37. Si ad motus passionum ex innata dispositione aut assuetudine proclivior es, instantius pugna, ferventius ora, indefesselabora. In *Exhort. ad noct.*, art. 2.
38. Aditus cordis contra pravos motus, ratione munitur. Super *Genes.*, cap. xix, in illud : *Clause-rant ostium*.
39. Motus carnis pacem nobis cum Deo faciunt, cum tentando contradicunt. Lib. 6, cap. 16.

S. BERNARD.

S. BONAV.

CASSIODOR.

MOXYSIUS
CARTIUS.

GLOSS. INT.

S. GREG.
MAG.

40. Quoties turbulentos motus animi sub mansuetudinis virtute restringimus, ad similitudinem redire Conditoris conamur. *Ibid.*, lib. 5, cap. 31.
41. Robusti sunt motus cordis, cum nulla, nisi que virtutis sunt, sentiunt. *Ibid.*, lib. 26, cap. 28.
42. Motus libidinis carnis (quamdiu ipsa caro est) tolli non potest, violentia movendi tolli potest. Lib. 5, in *I Regum*, cap. 4, super illud : *Reliqui vero dispersi sunt*.
43. Motus carnis quasi in fugam vertitur, dum ipsa caro bene jejuniando castigatur. *Ibid.*
44. Electa Virginitas de carne, continentie arce sublimata, motus turpes extinguit. *Ibid.*, cap. 5, super illud : *Et percussit Jonathas stationem*, etc.
45. In corpore virginali carnales motus non habent requiem delectationis, sed statum certaminis : stant, qui impugnant, sed requiescere non possunt, quia mentem sanctam minime oblectant. *Ibid.*
46. Omnes libidinosi motus prorsus perimantur in corpore. *Ibid.*, lib. 6, cap. 1, super illud : *Non parces ei*, etc.
47. Axa super asinum sedet, cum irrationalibus carnis sue motibus anima presidet. Lib. 3, *Dialogi*, cap. 34, super illud *Iosue*, xv : *Axa filia Caleph sedens super asinum*.
48. Quid cogitationes luxurie, quid sunt libidinosi corporis motus, nisi carbones ignis, qui si in carne, aut in corde conveniunt, comburere cito possunt, extingui facile nunquam possunt? Lib. 6, in *I Reg.*, cap. ii.
49. Motus corporis vigorem mentis reprimat, cum ad invicem convenire minime permittit. *Prose.*
50. Motus illecebrosus carnis si per cogitationem minime pascitur, convenire cum altero non videtur.
51. Glutinum quippe illecebrosorum motuum immunda cogitatio est, quia qui libenter immunda videt, statim carnem ad amata concupiscendo violenter movet.
52. Quo libentius ea morosius cogitat, quasi carbones carbonibus, turpes turpioribus motus ligat.
53. Teneat ergo forem custodiam animi, qui poterat vult dispergere motus carnis. *Ibid.*
54. Omnis animæ motus ad bonum est conditus, ab eo qui nostram fabricatus est naturam. Hom. 8, super *Ecclesiasten*.
55. Unusquisque ei subjacet passioni, a qua vincitur. Lib. 1, *adversus Iovin.*
56. Tranquilla mens, multis passionibus perturbatur. Lib. 3, super *Epist. ad Galat.*, cap. v, in illud : *Fructus spiritus est pax*.
57. Duo sunt motus cordis, quibus anima rationis ad omne quod facit agendum impellitur. Unus est timor, alter amor. Per timorem mala caventur, per amorem bona excoercentur. Lib. 2 *de Sacramento*, part. 13, cap. 3.
58. Duo sunt genera motuum, sc. sancta desideria et mundane cogitationes. Super *Gen.*, cap. 40.
59. Subtraha ligna foco, si vis extinguere flammam :
- Si motus carnis, otia, vina, dapes. Super *Prov.*, cap. 26.
60. Non æstus corporis declinabit, nisi qui animi motus ante compresserit. Collat. 12, *Abbat. Cherevian.*, cap. 6.
61. Liquido patet difficilium convelli atque eradicari molitas corporis atque animæ passiones, quam spiritalis extrui plantarique virtutes. Collat. 14, *Abbat. Nesterotis*, cap. 3.
62. Magnificentius signum est, virtute patientie truculentos motus carnis cohibere, quam aeris principibus imperare. Collat. 15, *Abbat. Nesterotis*, cap. 8.
63. Modestia mentis facit ut naturales motus nullum afferant detrimentum. Homi. 63, super *Matthæon. Oper. perfect.*
64. Omnes animi motus cedunt affectionibus. Homi. 26, super *II Cor.*
65. Qui timidus nature motus victor sedaverit, nulli unquam ulla in re humana passio succumbet. Serm. *de Virtute et vitio*.
66. Quicumque animi sui motus regit et premit, cogitationum suarum rex est et sensuum. Lib. 1, *de Tent.*, cap. 10.
67. Nihil inde oriri potest, ubi nullus est motus voluntarius. Lib. 2, *de Divin. instit.*, cap. 9.
68. Felix omnino esses, si motus minus decentes nec sentires quidem : sed et felix eris etiam si senseris, modo non consentias. In *Canon. vite spirit.*, cap. 30.
69. In omnibus ferocentem animi impetum religa et reprime. Lib. 1, *Enchirid. parvulorum*, document. 4.
70. Sensuales motus tuos, continentie frenis infrena. Serm. 58, *de S. Andra.*
71. Pudeat eos, qui se mortuos profitentur, motus carnis et passiones animorum adhuc in se proceat vivere. Serm. 74, *de Spirituali certam.*
72. Mortis cogitatio, turpes abigit motus. *Opusc.* 19, cap. 8.
73. Omnis motus absque favore divino damnosus est. *De migrat. Abraha.*
74. Motus humanus a ratione incipit, et in voluntate consummatur. Super 1 *Sent.* dist. 3, *Prologi*, art. 4.
75. Tres sunt corporales motus, unus naturalis, alius ex plenitudine ciborum, tertius vero ex desiderio.

VICTORS.

HUGOCARD.

JOAN. CASS.

JOAN. CASS.

S. JOANNES
CHRYSOST.

JOAN. TRIT.

LACT. FIRM.

LUDOV.

BLOS.

S. PETR.
DAM.

PHILO JUD.

S. THOMAS
AQUINAS.IN VII.
PATR.

monibus. Lib. 5, libell. 5, de *Formcat.*, num 1.

76. In quacumque hora venerit passio, abscede illam, quia fragilis est anima: ante armetur, quam inquinetur. *In sentent.*, sent. 26.

77. Quidam frater requisivit Abbatem Agathonem, dicens: Non discedunt a me passiones. Respondit senex: Vasa ipsorum intra te sunt, de illis arbas remunerationis ipsorum, et fugient a te. *Ibid.*, sent. 27, etc.

SENTENTIE PAGANORUM.

CICERO. 78. Inter omnes convenire oportet commotiones animorum a recta ratione aversas esse vitiosas. Lib. 4, *Tuscul. quest.*

79. In omni vita rectissime precipitur, ut motus animi nimios fugiamus, rationi non obtemperantes. Lib. 1, de *Offic.*

80. Utile est bene uti motu animi, qui uti ratione non potest. Lib. 4, *Tuscul. quest.*

SENECA. 81. Omnes motus, qui non voluntate nostra fiunt, inviati et inevitabiles sunt. Lib. 2, de *Ira*, cap. 2.

82. Animi motus eos putamus sanissimos validissimosque, qui nostro arbitrio ibunt, non suo ferentur. *Ibid.*, cap. 35.

83. Animi tui motus corporisque observa, ne indecort sint. *De quatuor virt.*
Vide etiam tit. *Gula*, sent. 93, 107.

MULIER.

LACT. FIRM. *Etymologia.* Mulier a mollitie est dicta, immutata et detracta littera, velut mollis. Lib. de *Opificio Dei*, cap. 42.

SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROS. 1. Verba petulantis mulieris, cupiditatum retia sunt; manus ejus, amoris nodus est. Libro 1, de *Penit.*, cap. 18.

S. ANTONIN. 2. Mulier caput est peccati, arma diaboli, qua diabolus sanctos viros deicit: et laqueus ejus, quo incautos capit. Part. 2, tit. 4, cap. 5, § 4.
3. Cum mulierem vides, non hominem, non belluam, sed diabolum esse credito. *Ibid.*

4. Mulier, quia communiter parvi animi est, gloriam temporalem magnam quid arbitratur. *Ibid.*

5. Mulier est inimicus blanditiis et oculentis, et ideo amator et periculosior laqueus dicitur demonum, quo contemplativos et solitarios capiunt. Part. 3, tit. 1, de *Matrimonio*, cap. 25.

6. Vox mulieris est serpentis sibilus. *Ibid.*

7. Aspectus mulieris est pulcherrimus, tactus festidus, conversatio mortifera. *Ibid.*

8. Sicut mulier est mendax in natura, sic et in loquela est mendax. *Ibid.*

9. Mulier est hominis confusio, insatiabilis hes-

titia, continua sollicitudo, indeficiens pugna, viri incontinentis naufragium, humanum mancipium. *Ibid.*

10. Proprietates ac malitiae mulierum alphabeto oxaratae.

Aridum animal. *Id est.* Avaritiae deditum.
Bestiale baratrum. *Id est.* Insuperbum.
Garrulum guttur. *Id est.* Litigiosum.
Herynnis armata. *Id est.* Dea discordiam.
Invidiosus ignis. *Id est.* Mulieri proprium.
Dolorosum duellum. *Id est.* Inter virum et urorem.
Æstuans aestus. *Id est.* Sicut mare per iram et impalientiam.

Falsa fides. *Id est.* Fomina, minus fide.
Garrulum guttur. *Id est.* Litigiosum.
Herynnis armata. *Id est.* Dea discordiam.
Invidiosus ignis. *Id est.* Mulieri proprium.
Kalumniarum chaos. *Id est.* Confusio murmurationum, et infamationum.
Lepida lues. *Id est.* Pungit et delectat.
Monstruosum medicium. *Id est.* Illud habet in promptu.

Naufragii nutrix. *Id est.* Vito.
Opifex odii. *Id est.* Alterius amorem, odium suum suspiciatur.

Prima peccatrix. *Id est.* Peccati causa.
Quisitis quassatio. *Id est.* Importuna.
Ruina regnorum. *Id est.* Exemplo Helene et aliarum.

Sylva superbiae. *Id est.* Qua inflatur ad omnem audaciam.

Trecententa tyrannis. *Id est.* Si totam domum ei commiseris, servendum est.

Vanitas vanitatum. *Id est.* Quibus studet hominibus placere.

Xanxia Xerxis. *Id est.* Tumor et impetus Xerxis.
Ymago idolorum. *Id est.* Se ornat et pingit, ut idola.

Zelus zelotypus. *Id est.* Toto zelat.

Part. 3, tit. 1, de *Matrimonio*, cap. 25.

11. Ut ait Theophrastus, non amicum habere possumus, non sodalem: alterius amorem, suum odium suspiciatur mulier. Part. 3, tit. 1, de *Matrimonio*, cap. 25.

12. Hoc vitium mulierum est, nolle regi, sed furiose agere, et sequi impetus suos sine quacumque pictate. *Ibid.*

13. Affectus mulieris erga bonos viros, licet sanctus, de facili degenerat in carnalem, quia fragilis est natura. Part. 3, tit. 16, cap. 1, § 40.

14. Mulieris est domi philosophi, id est in domo operans continue se reddere, et a discursibus se cohibere. Part. 4, tit. 2, de *Prudentia*, cap. 5, § 2.

15. Non decet mulierem esse querulam, vel litigiosam: quia silentium ornamentum est mulieris. *Ibid.*

V. AUGUST.

16. Nolite vos ipsas contemnere, feminae, Filius Dei natus est ex femina. *De Agone Christ.*, cap. 44.

17. Infirmus est mulierum sexus ad actiones. *De LXXXI Quest.*, quest. 61.

18. Mulier docere non potest, nec testis esse, neque fidem dicere, neque judicare, quanto magis non potest imperare? *De Quasi Vet. et Novi Testam.*, quest. 45.

19. Mulier longo libido prope. *Super Psalm.* 1.

20. Quanto vilior est mulierum conditio, tanto ruina facilior. *De honest. mulier.*, cap. 3.

S. BASILIUS MAGNUS. 21. Sicut stupa tibi ignem offert, statim accenditur: ita femina masculi corpus contingens, non opus habet multo labore neque amore ut attrahat, statim habet latenter incensam voluptatis scintillam. *De Virginit.*

22. Mulier opum amans, ejusmodi viro conjuncta, duplex morbus est: nam et delicias accendit, et voluptatum amorem auget. *Conc.* 7, ad *Divites.*, et hab. apud D. Joan. Damasc., lib. 4, *Parall.*, cap. 76.

V. REDA. 23. Bestia crudelis est, cor pravae mulieris. In suis *Proverb.*, verbo *Bestia*.

S. BERNARD. 24. Mulier secularis organum est Satanae. *Serm.* 57, ad *Sororem*.

25. Quid sunt verba secularium mulierum, nisi cantus Sirenarum? *Ibid.*

S. BONAV. 26. Non est tutum juxta serpentem dormire, femina scorpionis more semper est hominem parata ferire. Nihil enim est in corpore mulieris, quod intuitu non sagittet cor hominis. *Serm.* 2, de *Invent. S. Crucis*.

27. Mulier, que sobrietatem abjicit, et vinum immoderate bibit, virtutibus omnibus januam claudit, et eam vitium aperit, *Sermone* 1, de *S. Philippo et Jacobo*.

28. Femina scorpionis more, semper est hominem parata ferire. *Serm.* 2, de *Invent. S. Crucis*.

29. Mulier est quotidianum Arminum, castitatis impedimentum, domus tempestatis, adulterii vas, viri et continentis naufragium, precipuum praelium, animal pessimum, pondus gravissimum, aspis insatiabilis, humanum mancipium. Lib. 4, *Phaetrea*, cap. 8.

30. Arma diaboli mulieres sunt, et baliste sunt diaboli de longe infingentes. Tit. 1, *Diete*, cap. 9.

31. Mulier in risum aliquando dissolvitur, munc blanditias exhibet, et (quod est venenosius super euncta) psallere delectatur, aut canere: cuius cantu tolerabilis est audire basiliacum sibilantem. *De singularit. clericorum*, cap. 7.

S. CYPRIAN. 32. Nullo tot diaboli animas reti capit, quot laqueo pessimo mulierum. *Epist. ad August.* de *Miraculis D. Hieronymi*.

S. CYRILLES BIEROSOLI. 33. Mulier virtuosa quanto ex sexu videtur fra-

gillior, tanto ex virtute est prestantior. *De profectu spirit.*

34. Res valde gratiosa, donum precipuum, beneficiumque preclarum ac pretiosum est mulier sancta. *Prosc.*

35. Mulier sancta est, que mente et corpore pura, ac pudorata est.

36. Mulier sancta est, que timet incurere inhonesta et turpia, et quicquid prohibita bonisque moribus adversatur, abhorret ac fugit.

37. Mulier sancta est, que tacita ori suo ponit custodiam, et linguam suam refronat ab omni verbo inutili, imo nec in bonis sermonibus modum excedit.

38. Omnis hujusmodi mulier, sive sit virgo, sive maritata, aut vidua, magnis praeconiis est condigaa, praesertim si etiam opibus saeculi, potentia propinquorum, nobilitate originis, juventute ac pulchritudine decoretur. *De profectu spirit.*

39. Nulla pars fera improba ac maledica feminae: quid enim inter quadrupedia leone terribilior; aut inter reptilia draconica crudelior; verum nihil ad malam mulierem. *Adversus mulieres.*

40. Quid est mulier? laqueus corporis, homines in voluptatem illiencies, quae splendida quidem facie, et excelso collo oculis annuit, et quies aridet. *Ibid.*

41. Quid est mulier? lingua dolciter canens, voce alios decipit et sermone pellicis: vestes trahens et pedibus Indens, forma placens, corpore fornicationem exereans, foetibus occidens. *Ibid.*

42. Quid est mulier? naufragium super terram, fons nequitiæ, thesaurus immunditiam et malitiae. *Ibid.*

43. Quid est mulier? mortifera conversatio atque consulatio, oculorum peritiae, animum exitium, cordis spiculum, juvenum perditio, seipsum inferni. *Ibid.*

44. Quid est mulier? causa diaboli, requies serpentis, demonum consolatio, dolor inconsolabilis, caminus saecensus, malitia incurabilis, hospitium lascivorum, officina demonum. *Ibid.*

45. Quid est mulier? amor flagitiosus, bestia impudens, incontinentissimus impetus, offronatum os rerum arcuarum, triumphus tenebrarum, dux delictorum, oblectamentorum magistra, insatiabilis concupiscentia, aeterni supplicii couclatrix. *Ibid.*

46. Quid est mulier? prudentia terrena, viri socordia, concumbens incontinentia, excitata cura, vipera restita, pugna voluntaria, quotidiana calamitas, procella domus, viri naufragium, immanis bellua, adulterorum diversorium, arma diaboli, expellita rabies, exornata mors. *Ibid.*

47. Mulier diaboli sagitta est, qua in luxuriam

CASITUS.

S. HIERON.

S. EUSEBIUS

C. SARRIENS. homo cito trahitur. *Epist. ad Damas. Pap. de Morie D. Hieron.*

48. Nullus in mulierem confidat vivens : si sanctus es, nec tamen securus es ; mulier viri pretiosam animam rapit. *Ibid.*

S. GREGOR. MAGNUS. 49. Mulier recta docere nescit. *Lib. 3 Moral., cap. 6 super illud Tim. II : Docere autem mulieri, etc.*

S. GREGOR. NAZ. 50. Mulieres valde ac prompte se ostentare, ac pudoris tegmen ignominia afficere solent. *Orat. 7, in Funere Gorgoniae sororis suae.*

S. GREGOR. TAUMAT. 54. Cor mulieris pertranseuntes irretit, ac si vel manum tantum manui conneuerit, non minus stricto retinet, quam si vinculis constrictos traheret. *Super Eccles., cap. vii.*

S. HIERON. 52. Si mulier suo arbitrio relinquatur, cito ad deteriora delabitur. *Epist. 8, ad Demetriad.*

53. Sampson leone fortior et saxo durior, qui et unus et nudus mille persecutus est armatos, in Dalie mollescit amplexibus. *Prose.*

54. David secundum cor Domini electus, et qui venturum Christum sancto saepe ore cantaverat, postquam deambulans super tectum domus suae, Bersabee captus est nuditate, adulterio junxit homicidium.

55. Salomon per quem cecinit ipsa Sapientia, recessit ad Domino, quia amator mulierum fuit.

56. Et ne quis sibi de sanguinis propinquitate consideret, in illicitum Thamar sororis Amnon frater exarsit incendium. *Epist. 22 ad Eustoch.*

57. Amor mulieris semper insatiabilis est, qui extinctus accenditur, et post copiam rursus inops est, animumque virilem effeminat, et excepta passione, quam sustinet, aliud non sinit cogitare. *Lib. 1 Adversus Jovian.*

58. Amator Dei, mulieris amore non vincitur. *Epist. 1, ad Demetriad.*

59. Optima femina (quae rarior est Phoenice) amari non potest sine amaritudine metus et sollicitudinis, et frequentis infortunii. *Prose.*

60. Malee autem (quarum tam copiosa sunt examina, ut nullus sit expertus malignitatis earum) cum amantur, amare ponunt, et afflictioni vacant usque ad divisionem corporis et spiritus. *Epist. 51 ad Rufin., Ne ducat uxorem.*

61. Audax est ad omnia, quae amat vel odit femina, et artificiosa cum nocere vult (quod semper est, vel frequenter) cum juvare parat, obest. *Ibid.*

62. Janna diaboli, via iniquitatis, scorpionis percussio nocivumque genus est femina : cum proximat, stimulat, et incendit ignem. *Epist. 54 ad Ocean. de vita Clericorum.*

63. Vox mulieris ignita sagitta diaboli est, et labia viri venena prebent mulieri. In *Regula monacharum*, cap. 20.

64. Infortunatissimum mulierum genus, homo capiuntur ut pisces, ad macellum decuntur ut bestiae. *Prose.*

65. Protēvā nimirum feminae, semper ficticia capiunt, semper subornata verba deponunt, exquirunt mendacia, fabulas novas nunquam fastidiunt : anguriis, veneficiis, et incantationibus dæmonum delectantur. *Ibid., cap. 21.*

66. Mulierum vox blanditur auribus, et facies oculis. *Lib. 1 de Claustro anime, cap. 4.*

67. Amor mulieris est quasi quadam vorago mortis, velut unda submergens. *Lib. 1 de Nuptiis carnalibus.*

68. Non acquiescit mulier superba viro sapienti, nec potentem veretur irata. *Ibid., cap. 1.*

69. Tote Euripidis tragedie in mulierum maledicta sunt : unde Hermione loquitur : Malarum me mulierum decipere consilia. *Ibid.*

70. Scribit Herodotus quod mulier cum veste deponit verecundiam, quod sine teste gerit, quasi non fecerit, obliviscitur : si quis autem testis affuerit, ipsa tamen artificio lingua fateri cogit cum non vidisse quod viderit : quod verbis excusare non valet, hoc lacrymis excusat. *Ibid.*

71. Mulier blanditur oculis, seducit oculis, amplexibus instat et vincit. *Ibid.*

72. Amant mulieres civitatum frequentiam, platearum plausus, fori spectacula, otiosorum confabulationes ; interesse choreis gaudent, videre et videri summum bonum existimant. *Ibid.*

73. Causa mali mulier, initium culpa, fomes peccati. *Ibid., cap. 2.*

74. Mulier subvertit justum, sapientem decipit, exsuperat fortem. *Ibid., cap. 2.*

75. Nonne David virum sanctum, qui leoni et urso non cessit, qui Philisthæi frontem lapide comminuit, mulieris aspectu traxit ad culpam ?

76. Quid tam ingens Sampsoni virtus, vel quid Salomoni tam laudanda profuit sapientia ? vicit enim utrumque mulier. *Ibid.*

77. Sicut ignis non satiatur combustilibus, et avaritia nunquam satiatur pecunia : sic ardor mulierum, nunquam dicit : Sufficit. *Ibid.*

78. Conditiones mulieris septem : fallax, garrula, curiosa, inconstans, adulatrix, amara, peritina. *Super Proverb., cap. v.*

79. Mulier nequam substantiam annihilat, corpus polluit, vocem acerbat, vires dimittit, oculos orbat, et animam (quod pejus est) necat. *Prose.*

80. Comparatur leoni et draconi simul : leo enim aperte nocet, draco occulte nocet ; mulier nequam et aperte et occulte. *Super Ecclesiastic., cap. xxv.*

81. Mulier quem semel oderit, vix aut nunquam diliget de cætero. *Ibid.*

HUGO A. S. VICTORE.

HUGO CAM.

S. JOANNES CHRYSOST.

82. Mulier ab initio viro par erat dignitate, sed honore abusa est. *Hom. 29, super Gen.*

83. Mulier contentiosum est animal, aviduque victoriae. *Homil. 4 de Fide Annae.*

84. Mulier si ad malitiam declinat, magna mala patrat : si ad virtutem se applicet, anima potius eam desinit, quam propositum mutet. *Ibid.*

85. Mulier mala et inimica, adiutorium est diaboli, non mariti. *Homil. 6 de Job.*

86. Onerosum ac durum valde est, omni nequitia plenam mulierem tenere : et tam atrocem bellum in penetralibus domus sevientem fovere. *Homil. 63, super Matth.*

87. Sexus mulierum incautus et mollis est. Incautus, quia non omnia, quae videt aut audit, cum sapientia et ratione considerat : mollis, quia facile flectitur, vel de malo ad hominem, vel de bono ad malum. *Ibid., homil. 44.*

88. Quid aliud est mulier, nisi amicitiae inimica, ineffugabilis poena, necessarium malum, naturalis tentatio, desiderabilis calamitas, domesticum periculum, delectabile detrimentum, mali natura boni colore depicta ? *Homil. 32, super Matthæum ; Oper imperfect.*

89. Ego existimo nullam in hoc mundo bestiam comparabilem mulieri male. *Prose.*

90. Quid inter quadrupedia animalia leone saevius ? sed nihil ad hanc, nam leo in malo inferior est.

91. Quid in serpentibus dracone atrocius ? sed ne hoc quidem juxta mulierem malam conferri potest, nam draco in malo inferior est.

92. Danielem leones in lacu reveriti sunt ; justum vero illum Naboth Jezabel interfecit.

93. Cetus Jonam in ventre custodivit, Dalila autem Samson circumventum illecebris, raso etiam capite deformatum, alienigenis tradidit.

94. Dracones et aspidēs Joannem Baptistam in deserto viventem subdita feritate tremuerunt ; Herodias vero eisdem caput abscidit, et tanti viri mortem in pretium sallationis accepit. *Homil. 14, Ex divers. in Matth.*

95. O malum summum, et acutissimum telum diaboli, mulier ! Per mulierem Adam in paradiso diabolus prostravit, et de paradiso exterminavit. Per mulierem mitissimum illum David, ut necem militis sui innocentis Urie in epistola dolo mandaret arnavit. Per mulierem sapientissimum Salomonem in pravaricationis sacrilegium precipitavit. Per mulierem fortissimum Samson rasum inductum, rasumque cecavit. Per mulierem castissimum Joseph vinculis alligatum detrusit in carcerem. Per mulierem illum totius mundi lucernam Joannem capite truncavit. Per mulierem Angelos e caelo deposuit, id est, homines sanctos, qui ad

caelum pergebant. Per mulierem cuncta omnino prosternit et jugulat, omnes interficit, omnes elidit. *Ibid.*

96. Mulier impudens nemini parcat, non levitiam honorat, non sacerdotem reveretur, non Prophetae defert. *Ibid.*

97. O malum omni malo pejus, mulier mala ! sive illa pauper sit, sive dives, duplex malum est. *Ibid.*

98. Intolerabilis vipera, immedicabile venenum, mulier mala. *Ibid.*

99. Mulier mala si injuriam patitur, insanit : si honorem accipiat, extollitur. *Prose.*

100. Si potentis alicujus uxor sit, non cessat die ac nocte virum suum callidis stimulare sermonibus, blanda nequit, et importuna violenter, donec mentem extrudat, ut sibi similem faciat.

101. Si panem habet virum, ipsum ad iracundias et rixas excitare non desinit.

102. Si vidua sit, omnes passim despiciat, et ad omnem audaciam superbiae spiritu inflatur.

103. Timore Dei non refrænata linguam suam, nec futurum judicium prospicit, nec ad Deum attendit : non amicitia jura servare novit, nec religionis fidem veneri. *Ibid.*

104. Mulieris officium est, ut parta custodiat, ut conservet redditus, et curet rem domesticam. *Hom. 22, Ex divers. in Matth.*

105. Mulier non potest in senatu sententiam dicere, sed potest de re familiari ferre sententiam. *Ibid.*

106. Hoc est divinae providentiae, ut maritus qui in majoribus negotiis est utilis, in minoribus reperitur deterior ; ut necessaria sit mulierum opera. *Ibid.*

107. Mulieres ingenio sunt superbo, honorisque cupido : si opes quoque accesserint, quomodo erunt maritis tolerabiles ? *Ibid.*

108. Nihil potentius muliere bona, ad instituendum et informandum virum quodcumque voluerit. *Homil. 60, super Joan.*

109. Sicut ad virtutem mulier, ita ad malitiam plurimum potest : mulier Absalom, mulier Amnon perdidit, ipsa Nabal a caede eripuit, ipsa universam gentem liberavit. *Ibid.*

110. Muliere genus temerarium est, et inferno ejus assimilatur cupiditas. *Ibid., homil. 86.*

111. Nihil fodiis muliere, quae in delictis agit : nihil turpius ea quae ebria est. Obscuratur illi flos visus, turbatur serenitas et puritas oculorum, quasi nube quadam radiis solaribus succedente. *Homil. 27, in Act. Apostol.*

112. Da formosam mulierem, turbulentam, loquamem, convitiatricem, ebriam, ac sumptuosam ; nonne quasi foda et turpi deformior ? *Prose.*

413. At si erubescat, sileat, modeste loquatur, jejuniis vacet, duplex pulchritudo, amplior formositas, gratior vultus, continentia ornata plenius. *Ibid.*

414. Nulla potest honesta ratio retinere mulierem, quam magnitudo peccati facit timidam, in temperantia audacem. Lib. 4, de arte Rhetoricæ ad Herenn.

415. Sicut mulier adjuvatrix est, ita sæpe et insidiatrix fit. Serm. de Libello repudi.

416. Mulier gravis rhetor est, ad decipiendum eos qui inconsultiores sunt. Homil. 23, super I Cor.

417. Nihil est tam turpe, quam mulier vorax. *Ibid.*, homil. 39.

418. Mulieres excellunt viros pudicitia, fervore pietate et dilectione. Serm. 43, super Epist. ad Ephes.

419. Magnum bonum est mulier, sed etiam magnum malum. Homil. 29, super Epist. ad Hebr.

S. JOANNES DAMASCEN. 420. Intolerabilis est mulier, quæ assentationibus demulcetur: queque vulum tanquam pratrum quoddam variis floribus ornat, et fuco genas rubicundas reddit, et mollem vestem suam unguentis perfundit. Lib. 1 Parall., cap. 76.

421. Mulier jumentum malum, vermis repens, atque in Adamo domicilium habens, mendacii filia, paradisi custodia, Adamæ expultrix, hostis perniciosa, pacis inimica. *Ibid.*

S. LAURENT. JUSTIN. 422. Sexus muliebris semper suspectus est, illo frequentissime abutitur diabolus, ut robustissimos telis feminæ prosternat viros. De triumphali Christi agone, cap. 8.

PETR. BLES. 423. Animal iniquitum est mulier, apta jurgiis et contentioniibus, seminandis discordiis incommoda. Serm. 33, in Feste omni. SS.

S. PETERUS CHYSES. 424. Mulier est mali causa, peccati auctor, via mortis, sepulchri titulus, inferni janua, lamenti necessitas tota. Serm. 79.

S. PROSPER. 425. Mulierum quisque nomina frequenter habet in ore, quarum desideria vulnerato gestat in corde. Lib. 3, de Vita contemptat., cap. 6.

S. THOMAS AQUINAS. 426. Sicut mulieres sunt mollioris corporis, quam viri, ita et debilioris rationis. Super I Tim. cap. 2, lect. 2.

427. Propria passio mulierum est concupiscentia. Opusc. 9 de Decem præcept., præcept. 6, verbo Non moechaberis.

IN VIT. PATR. 428. Corpus mulieris, ignis est. Lib. 5, libel. 4, de Continentia, num. 68.

SENTENTIE PAGANORUM.

ARISTOTEL. 429. Mulier misericors magis est, et ad lacrymas propensior, quam vir: est invida item magis et querula, et malevolentior, et mordacior atque impudencior, et mendacior: quin etiam facillior decipi, inmensisque aprior, ad hæc vigilantior,

segnior, immobilior denique est. Lib. 9, de Histor. animal., cap. 4.

430. Mulieres optimatum in deliciis vivunt. Lib. 4, Polit., cap. 45.

431. Nulla potest honesta ratio retinere mulierem, quam magnitudo peccati facit timidam, in temperantia audacem. Lib. 4, de arte Rhetoricæ ad Herenn.

432. Cum cujusque animus mulieris est corruptus, corpus castum esse non potest. *Ibid.*

433. Viros ad unumquodque maleficium singule cupiditates impellunt: mulieres autem ad omnia maleficia cupiditas una ducit. *Ibid.*

434. Magna certe feminarum miseria est, quia quamdiu vivunt, parere semper coguntur: aut enim innuptæ parentibus, aut nuptæ maritis parent et serviunt: sic quomibus libere, eo magis misere: nec unquam libere, nisi e vita profecta, De Consolat.

435. Aut amat, aut odit mulier, nihil est tertium. In suis Sent., sent. 6.

436. Aperte mala cum est mulier, tum demum est bona. *Ibid.*, sent. 20.

437. Muliebre genus aliud est, et plane diversum ab hominis genere, magis latens et versutum, propter naturæ inbecillitatem. Lib. 6, de Legibus.

438. Nihil tam mobile, quam feminarum voluntas, nihil tam vagum. De remediis fortiorum.

Vide etiam ut, Amartudo, sent. 46; Castitas, sent. 73; Custodia, sent. 40; Delicia, sent. 65; Domus, sent. 32; Ebrietas, sent. 17; Familiaritas, fere per totum; Fornicatio, sent. 59; Jejunium, sent. 66; Laqueus, sent. 39; Locutio, sent. 14; Maria, sent. 203; Meretrician, sent. 5, 47, 78; Ornatu, fere per totum; Placore, sent. 4; Pudicitia, sent. 50, 72, 73; Pulchritudo, sent. 63, 89; Tacturitas, sent. 103; Victoria, in genere, sent. 39.

MULIERIS VIOLATIO.

SENTENTIE PATRUM.

1. Aperite aures, virginæ Dei: virgo prostituta potest, adulterari non potest. Prose.

2. Ubicumque virgo est, Dei templum est: nec lupanaria infamant virginitatem, sed virginitas etiam loci abhorret infamiam. Lib. 2, de Virgin.

3. Quidquid in virgine nec commissi, nec permisit libido patientis, solius erit culpa facientis, omnisque illa violentia non pro corruptionis turpitudine, sed pro passionis vulnere deputabitur. Epist. 122, ad Victorium.

4. Violentia non violatur pudicitia, si mente servatur: quoniam nec in carne violatur, quando voluntas patientis sua turpius carne non utitur,

sed sine consensione tolerat quod alius operatur. Epist. 130, ad Honorat.

5. Aliena libidine pudicitia non potest violari. De mendac., cap. 7.

6. Pudicitiam corporis, non consentientiam ac permittentem animam, nemo violat. *Ibid.*, cap. 19.

7. Pudicitia est res animi, virginitas corporis: denique illa integra in animo permanente, potest ista de corporis violenter auferri: et cum ista integra manet corpori, potest illa in animo lasciviam voluntate corrumpi, Lib. 4, contra Julian.

8. Cavete ne a vobis virginitatis bonum pereat, cui facere nihil potestis ut redeat. Prose.

9. Non enim habent quid faciant, ut virginæ sint, in quibus factum est, ut virginæ esse non possint. Epist. ad quasdam.

10. Turpissima illius est facies, cujus violata est virginitas. Ad Monachos, parones 1.

11. Læsa virginitas condonari solet, sed redonari non valet. Serm. 40, super Cant.

12. Audacter loquar: cum omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam: valet quidem liberare de pœna, sed non vult coronare corruptam. Epist. 22, ad Eusebium.

13. Corpus mulieris non vis maculat, sed voluntas. In Quest. hebraicis super Genes.

14. Vas Christo oblatum, Domino dedicatum, demeriti temeritate polluere, sacrilegium est. Epist. 22, ad Susanam, in corruptorem ipsius.

15. Omne peccatum per penitentiam recipit vulneris sanitatem, virginitas autem, si labitur, nullatenus reparatur. Prose.

16. Nam quisvis ponendo venis fructum percipiat, incorruptionem tamen nulla tenus recipit pristinam. Lib. 2, De Summo bono, cap. 40, sent. 6.

MULTILOQUIUM.

Definitio. Multiloquum est, per quod levis interior, stulta verborum effusione monstratur. De fract. carnis et spirit., cap. 4.

Multiloquum est superflua locutio, vitium scilicet loquendi amore contractum. Lib. 4, contra Crescon., cap. 1.

Differentia. Inter multiloquum et scurrilitatem hoc interest: quod multiloquum pertinet ad verba superfluitatis, scurrilitas vero pertinet ad verborum inhonestatis. 2, 2, quest. 148, art. 6. Productio. Verborum et curiositas, ex otiositate nascuntur. Super I ad Timoth., cap. v.

Multiloquum contentiones generat. De institut. Neobriorum, cap. 6.

Ex lapide quidem, ac ferro excutitur ignis: ex loquacitate vero, mendacium nascitur. Gradu 42.

SENTENTIE PATRUM.

1. Alliga sermonem tuum ne luxuriet, ne lasciviat, et multiloquio peccata sibi colligat: sit restrictior, et raris sibi cœcetur, quia cito lutum colligit annis exundans. Lib. 1 Offic., cap. 3.

2. Copiosum in multiloquio peccatum est. Lib. 3, de Virgin.

3. In multiloquio nequaquam qui exeat sermo trutinatur, sed imprudenter labitur. Lib. 4, de Cain et Abel, cap. 9.

4. Loquacitas innocentie virtutisque est naufragium, atque incentivum prolapsionis et culpæ. Super Psalm. XXXVI.

5. Multiloquum est tertia filia gula: ex nimia enim comestione et potu, communitur sequitur loquacitas. Part. 2, tit. 6, cap. 5, § 4.

6. Absit ut multiloquum deputetur, quando necessaria dicuntur, quantalibet sermonum multitudinem, ac prolixitate dicantur. Lib. 1, Retract. In prolog.

7. Omne multiloquum a gentilibus venit, qui excedere lingue potius quam mundandæ dant operam. De Serm. Dom. in monte.

8. Vir linguosus amat et invidacia, quid enim illi est voluptas, nisi loqui? non attendit quid loquatur dum loquitur, non potest fieri ut iste dirigatur. Super Psalm. CXXXII, vers. 12, Vir linguosus non dirigetur.

9. Qualis est homo in mente, talem verborum depingit in ore. Serm. 3, ad Frat. in eremo.

10. Verborum hominem conducti in joculationem, humanæ nature dignitatem deponit, honores sibi rapit, inimicos infinitos acquirit. *Ibid.*

11. Inflammat linguam mobilitas in adolescentia ad jocosam, in virili ætate ad fraudulentam, sed in senili ad detractoriam. *Ibid.*

12. O verbose! erubescere: o loquax! cognosce te ipsum. *Ibid.*

13. Non opus verborum multitudine, ubi multum urget affectus. Epist. 847, ad Malachiam archiepiscop.

14. Monstruosa res lingua magniloqua, et manus offosa: sermo multus, et fructus nullus. Lib. 2, de Considerat. ad Eugen. pap.

15. O quantum aufert devotionis, quantum affert dissolutionis intrinsicus, frequens lingue resolutio! Prose.

16. Nam sicut fornax, cujus os semper aperitum est, non potest in se retinere fervorem: sic nec cor devotissimum in se poterit gratiam conservare, cujus os non fuerit janua silentii reclusum. Lib. de Passione Domini, cap. 97.

17. Loquacitas vitium maxime devitent virginæ pudice, si volunt virtutem audienter conservare: omnis enim loquacitas indicium impudicæ

S. AUGUST.

S. ANTON. N.

S. AUGUST.

S. BERNARD.

CICERO.

S. CASSIUS
ARELAT.

S. EPHRAEM.

GILBERTUS
ANGLUS.

S. HIERON.

MINUS PUB.

VLATO.

SENECA.

S. ISIDORUS
HISPAL.REGO A S.
VICTORE.

S. AUGUST.

S. THOMAS
AQUINAS.FRONTISIUS
CARTUS.REGO A S.
VICTORE.S. JOAN.
CLIB.

tie est, quia nequaquam potest esse simul cum pudicitia. *Ibid.*

18. Nondum certe ad summitatem virtutis pervenerunt, qui linguam suam a multiplicitate verborum nesciunt, sive nolunt refrænare. *Prosec.*

19. Tanto altius se quisque noverit in virtutum gradibus ascendisse, quanto minus colloquiis humanis delectatur. *Ibid.*

20. Multiloquia non effugiant culpam, multiloquium non declinat peccatum. Serm. 30, ad *Sororem.*

21. Loqui multum, stultitia est. *Ibid.*

S. DONAV. 22. Frustra ille religiosus gloriatur de possessione virtutis in corde, qui dissipat disciplinam silentii per inquietudinem multiloqui. *De perfect. vite ad Sorores, cap. 4.*

CLEM. ALEX. 23. Laqueus viro validus, labia sunt propria, et capitur verbis oris proprii. Lib. 2, *Stromat.*

S. CYRILLUS HIEROSOL. 24. Nulla certe permanet in homine quies mentis, qui multorum verbositate implicatur. Epist. ad Aug. de miraculis D. Hieronymi.

S. DIADOCH. 25. Multus sermo mentem immoderate distrahet, non solum otiosam efficit, sed etiam demonum aecidiam cum prodit. *De perfect. Spirit.* cap. 96.

DIONYSIUS CARTUS. 26. Multiloquium, est vane gloriæ cathedra, porta detractionis, origo mendacii, resolutio compunctionis, impedimentum divini illuminationis, mater aecidiae, exterminatio exterioris custodiae, frigidator fervoris, obscurator orationis, scurrilitatis indevotionisque causa. *De profess. Monast.* art. 49.

S. DOROTH. 27. A multiloquio abstine; hoc enim rationabiles, et cordi et celo advenientes cogitationes extinguit. *Doctr.* 24.

S. EPIFRAS. 28. Multiloquium mentem sensumque obtenebrat. *Ad Monachos, parænes.* 46.

S. EUSEBIUS CÆSARIENS. 29. Ubi est multiloquium, ibi frequenter mendacium: ubi mendacium est, ibi peccatum. Epist. ad Damas. *Pap. de morte D. Hieron.*

GLOSS. INT. 30. Cui voluptas est loqui, non attendit quid dicat: Super illud *Psalm.* cxxxix. *Vir linguosus, etc.*

S. GREG. MAG. 31. Mens per multiloquium exterius sparsa, vim intimæ considerationis amittit. Lib. 7, *Moral.*, cap. 17.

32. Multiloquio quisque serviens, rectitudinem justitiæ tenere non potest. *Ibid.*, Et in *Pastor.*, part. 3, cap. 1. adm. 15.

33. Mentis justitiæ desolatur, quando ab immoderata locutione non paratur. *Ibid.*

34. Inimicus tanto civitatem mentis sine labore superat, quanto et hæc eadem, quæ vincitur, contra semetipsam per multiloquium pugnat. *Ibid.*, super illud *Proverb.* xxv. *Sicut urbs patens.*

35. Vir verbosus iustificari nequaquam potest. *Ibid.*, lib. 10, cap. 2.

36. Valde difficile est, ut qui multa loquitur, non etiam mentiatur. Homil. 12, super *Ezech.*

37. Taciti sæpe, linguam quia immoderatus premunt, in corde gravius multiloquium tolerant. Part. 3, *Pastoral.*, cap. 1, admonit. 15.

38. Multiloquio vacantes, vigilantè aspiciant a quanto rectitudinis statu depererunt, dum per multiplicia verba dilabuntur. *Ibid.*

39. Si ratio de otioso sermone exigitur, pensandum valde est quæ pena multiloquium manet. *Ibid.*

40. Ex multiloquio fallacia generatur. Homil. 12 super *Ezech.*, super illud: *Et dabis contra eam castra.*

41. Multum quippe deorsum ducimur, dum locutione continua secularibus admiscemur. Lib. 3, *Dialogi*, cap. 15, verbo *Apud.*

42. Immodicus sermo auribus inimicus est, non secus atque immoderatus cibus corpori. Et habetur apud D. Joan. Damasc., lib. 1 *Parall.*, cap. 79.

43. Verborum multorum nulla est utilitas. Super *Ecclesiastic.*, cap. xii.

44. In multiloquio Deus haberi et contemplari non potest. In *Regula monachorum*, cap. 23.

45. Grave vitium stultitiæ, sed non levius est verbositas. Lib. 3, super *Proverb.*, cap. xxix. Super illud: *Velocem ad loquendum.*

46. Affluentiam ebriorum comitari solet inundatio verborum. Lib. 2, de *Claustro anime*, cap. 20.

47. Nimis difficile est, vel impossibile, multa loqui sine peccato. Super *Prov.*, cap. xxv.

48. Incorrigitilitatis et stultitiæ signum probatissimum, est verbositas. *Prosec.*

49. Nam verbosus semper loquitur, et ideo non cogitat quid sibi dicatur, sed qualiter obloquatur. *Ibid.*, cap. xxxix.

50. Qui facit consuetudinem multa loqui, necesse est ut aliquando importuna loquatur. Homil. 12, super *Math.* *Oper. imperfect.*

51. Infinita mala ex verbositate sæpius accidunt: domus eversa sunt, amicitie dissipatæ, et alia multa contigerunt. Homil. 21, super *Epist. ad Hebræos.*

52. Loquacitas est inanis gloriæ sedes, per quam se ipsam iudicare, atque in publicum producere solita est. Gradu 2.

53. Loquacitas est ignorantie certum argumentum, detractionis janua, scurrilitatis dux, mendacii opifex, compunctionis desolatio, aecidiae auctor, sive evocatrix, somni precursor, intentæ cogitationis dissipatio, custodia exterminatio. *Ibid.*

54. Qui possidet animi luctum, ut ab igne, ita fugit a loquacitate. *Ibid.*

IOAN. TRIF. 55. Grande malum loquacitas, quia nihil est quod adeo hominem vituperet, quomodo multiloquium. Super *Prolog. Regul. S. Bened.*, cap. 2, text. 8.

56. In multiloquio recitatio justitiæ teneri non potest. *Ibid.*

57. Penemus quæ pœna multiloquio maneat, si tanta districtione levata et otiosa puniantur. *Ibid.*

58. Signum stultitiæ est loquacitas. *Ibid.*

59. Sicut mentiri non potest, qui non loquitur: ita male loqui non valet, qui multiloquium non amat. In cap. 4, *Regul. S. Bened.*, verbo *Sicut.*

60. Animam multiloquium maculat et ledit. *Ibid.*

61. Qui quietem solitudinis diligit, os suum a multiloquio recludit. *Ibid.*, gradu 9.

62. Multiloquium est insipientiæ argumentum, detractionis porta, manductor scurrilitatis, mendacii minister, compunctionis resolutio, acuitatis intelligentiæ dispersio, aecidiae conditor, dissipatio mentis, frigidatio fervoris, obnubilatio orationis. *Ibid.*

S. GREG. NAZ. 63. Dum multa parva vitiorum verba non evitamus, in magno lingue prolabimur crimine. Lib. 2, de *Summo bono*, cap. 29, sent. 1.

S. ISID. HISP. 64. Imperiti sicut loqui nesciunt, ita multiloquiorum stultitiæ tacere non possunt: mente enim ineruditus sunt, ore loquaces, verbis perstreperant, sensu nihil dicunt. *Ibid.*, sent. 3, etc.

65. Multiloquium non effugit culpam, multiloquium non declinat peccatum: fluvius exundans cito colligit lutum. Lib. 2, de *Synonym.*, cap. 8.

66. Linguosus homo, imperitus est; sapiens verbis ulitur paucis, brevem sermonem sapientia facit. *Prosec.*

67. Loqui multum, stultitiæ est: vox enim insipientis, in multiplicitate est sermonis. *Ibid.*, etc.

S. LAURENT. JUSTIN. 68. Nihil sic dissolvit mentem, compunctionem dissipat, confusioem inducit, denigrat honestatem, et interioris gustus dulcedinem tepescit, sicut inanis et presumptiosa loquacitas. De *disciplina monast.*, conversat., cap. 5.

S. NILIVS. 69. Parce utere lingua, sæpe enim proferuntur, quæ melius fuisset celeri. *Parænes.* 46.

S. PETR. DAM. 70. Confabulatio crebra, in mente monachi esurientem parit: secreta remotio animam in assuetæ continentis rigore custodit. *Opusc.* 12, cap. 25.

S. THOMAS A KEMPIS. 71. Non est parvum damnum, perdere devotionis gratiam per multiloquium. Ser. 19, ad *Novit.*, divis. 13.

S. VALER. EPISCOP. 72. Certum est amari oris studio aliquoties venena componi, et nimia facilitate laborum fre-

quenter odia comparari. Homil. 5, de *Oris insolentia.*

73. Ferri spicula per cœlum volantis, facile septi objectione contentis: verborum vero jactus nec revocari possunt, nec prohiberi, multo enim velociores sagittis sunt. *Prosec.*

74. Quæ autem ibi propugnacula subveniant, aut quæ munio tam parata succurrat, ubi emissum telum pene ante percussit, quam procedit? *Ibid.*

75. Quomodo potest fieri, ut homo magniloquus aut malloquus, non habeatur ingratus? *Ibid.*

Vide etiam tit. *Consolatio*, sent. 13; *Doctrina*, sent. 71; *Fraternitas*, sent. 49; *Lingua*, sent. 29; *Monachus*, sent. 169; *Taciturnitas*, sent. 18.

MULTITUDO.

Origo. Omnis multitudo ab unitate trahit originem. Lib. *Compend. Theolog. verit.*, cap. 3.

SENTENTIE PATRUM.

1. Concordia multitudinis, Deum ad exaudiendum promptiorem habet. *Apolog. ad Imp. Constantium.*

2. Perpetienda sunt vitia multitudinis, ut curentur: et prius toleranda, quæ sedenda est penitentia. De *Moribus Eccles.*, cap. 32.

3. Quævis multitudo eo minus vincitur, quo magis in unum coit: unde ipsa cœditio in unum, cuneus nominatus est: quasi coctus. Lib. 2, de *Ordine*, cap. 18.

4. Si contagio peccati multitudinem invaserit, discipline divini severa misericordia necessaria est. Lib. 3, contra *epist. Parmeniani*, cap. 2.

5. Timenda est ruina multitudinis, etsi non magnitudinis. Serm. *Dom. 4, Quadrag.*

6. Justum est ut qui cum multorum destructione se perdidit, cum multorum edificatione se redimat. Serm. 4, de *Defunctis.*

7. Non in multitudine exercitus est victoria belli, sed de celo fortitudo est. Serm. ad *Milites templi*, cap. 4.

8. Ubi multitudo, ibi frequentes strepitus, et magna distractio cordis. In *Alphabelo Religios.*, lect. 4.

9. Infelix solatium est turba miserorum. Homil. 15.

10. Non est multitudo, que non sit unius particeps, sed id quidem quod multa est partibus, toto unum est, et quod multa est accidentibus, unum est subjecto. *Prosec.*

11. Quod multa est numero, vel virtute: id unum est specie: quod specibus est multa, genere est unum.

S. DONAV.

S. ATHAN. MAGNUS.

S. AUGUST.

S. BERNARD.

S. BONAV.

S. CESARIUS ARELAT.

S. DIONYS. AREOPAG.

42. Quod denique multa est eruptionibus, unum est principio: nec quidquam est, quod non aliqua ex parte unius sit particeps: ac sine uno quidem multitudine non erit: unum autem erit, sine multitudine. *De Divin. nomin.*, cap. 13.

43. Ad negligentiam vite, non nos negligentium turba persuadeat: nec ad damnum propicia salutis multitudinis ducamur erroribus. *Prosec.*

44. Quid nobis in illo Dei iudicio proderit multitudo, ubi singuli iudicabuntur, ubi sola examinatio meritorum, actus quemque non populus absolvunt?

45. Præstat vitam propagasse cum paucioribus, quam perdidisse cum pluribus. In *Epist. parænetica ad Valerian.*

46. Mali sunt in multitudine, boni in unitate. Super *Judith.*, cap. v.

47. Multi minime dum congregantur unanimes, sunt magni: et multorum preces impossibile est, ut non impetrent. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 15, in illud: *Et adjuvatis in orationibus vestris.*

48. Hereditas Domini, multitudo fidelium est. Lib. 4, in *1 Regum*, cap. v, super illud: *Unxit te Deus in principem.*

49. Multitudo peccantium, peccandi licentiam subministrat. *Epist. 12, ad Gaudentium.*

20. Multitudinis numerus semper in vitio est. Lib. 8, super *Isaiam*, cap. 66, super illud: *Antequam parturiret.*

21. Quidquid a multis peccatum inultum est: multitudo enim peccantium impetrabiliorum facit impis veniam. Lib. 13, super *Ezech.*, cap. 44, super illud: *Sacerdotes autem, Levite, etc.*

22. Multitudo mater est seditiosis, et contumacia: paucitas autem, magistra est discipline. *Homil. 1, super Matth. Oper. imperfect.*

23. Non numero magno, sed probata virtute multitudine censenda est. *Homil. 24, super Acta Apost.*

24. Si sint in Ecclesia homines clari, erit etiam multitudo: si autem non sint, non erit in Ecclesia honesta multitudo. *Ibid.*

25. Ubi Christus medius, magna multitudo est. *Ibid.*, *homil. 26.*

26. Sicut plurimum valet multitudo, cum adest virtus: ita si adsit malitia, nihil prodest multitudo. *Homil. 2, super 11 Cor.*

27. Nullam conferat utilitatem multitudo: si vitiose vivat: e contra damnum ex hoc nascitur. *Homil. 17, ad populum Antiochenum.*

28. Non in numeri multitudine, sed in virtutis probitate multitudo consistit. *Ibid.*, *homil. 40.*

29. Multitudinem unitas refugit, unum unitas requirit: nam quantum multitudini concesseris, tantum ab unitate recesseris. *Part. 1, de Regione claustral.*, tract. 3, regula 3, art. 1.

30. Multitudo est unitati opposita: et quanto se mens ad multa contulerit, tanto ab unitate recedit. *Ibid.*, art. 4.

31. Qui in multitudine versatur, assiduis vulneribus afficitur. *Orat. 2, de Luxuria.*

32. Principium malorum omnium, est multitudo: principium autem honorum, coangustatio et a turbis in singularitatem redactio. *Homil. 9, in cap. 17, Ezech.*

33. Nullum inexorabilis persequitur multitudo, quam illum qui sibi multitudinis arrogat principatum. *Serm. 59, de S. Nicolao.*

34. Apud homines injusta multitudo pluris, quam unus justus aestimatur: apud Deum vero bonitas rara præfertur iniquis innumeris. *De migrat. Abraham.*

35. Ubi major est peccantium turba, ibi major est divinitatis injuria. Lib. 3, de *Gubern. Dei.*

36. Qui amat miseri multitudinem, crebra suscipiet vulnera. Lib. 5, libell. 2, de *Quiete*, num. 11.

SENTENTIE PAGANORUM.

37. Multitudo necessitati potius, quam rationi, et penis, quam honestati parat. Lib. 10, *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 9.

38. Nota semel multitudo, modum non servat. Lib. 5, *Declamat. controvers.* 8.

39. Facit consuetudinem peccandi, multitudo peccantium. Lib. 4, de *Clem. ad Neron.*, cap. 21.

40. Quid tibi vitandum præcipue existimas, queris? turbam: nondum illi te tuto commiseris. *Prosec.*

41. Inimica est multorum conversatio: quo major est populus, cui commisceamur, hoc periculi plus est. *Epist. 7.*

42. Fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam unum. *Epist. 10.*

43. Multitudini placere ne satagas. *Sent. 104.*

Vide etiam tit. *Solitudo*, sent. 417; *Via*, sent. 107.

MUNDUS.

Definitio mundus est universitas rerum ab arte divina conditarum, que res ab ejus dominantissimo et liberrimo regimine suis legibus ordinantur. *Part. 4, in Descript. termin.*

SENTENTIE PATRUM.

1. Qui delectatur hoc mundo, et tripudiat in voluptatibus mundanis, obnoxius est sensuum passionibus, atque in his habitat et diversatur. *De fuga seculi*, cap. 4.

2. Christianus qui mundum non possidet, hic totum possidet Salvatorem. *Serm. 5, de Jula.*

3. Omnia que nascuntur in mundo, infirmita, caduca, corruptibilia ac vana sunt. Super *Epist.*

ad Rom. cap. 8, in illud: *Vanitati creatura subjecta est.*

4. Pensa quantalibet mundi gloria potius fueris, quis sit finis, et in fine quis fructus, quod premium: et e contra que sit expectatio mundi gloriam conculcatur. *Epist. 3, ad Henricum.*

5. Ipse mundus dum tot amaritudinibus cruciat, dum tot calamitatibus ingeminat, quid aliud nisi ut non ametur, clamat? *Part. 4, tit. 3, cap. 7, § 8.*

6. Carec est hic mundus, et fornax Babylonis. *Serm. Dominice 22 post Trinit.*

7. Amici hujus mundi tam timeant ab ejus amplexibus separari, ut nihil eis sit laboriosius, quam non laborare. *De vera Religione*, cap. 35.

8. Magnus est hic mundus, qui sæpe in Scripturis divinis, cæli et terræ nomine nuncupatur: cujus omnes partes si proportionem minuantur, tantus est; etsi proportione auquantur, nihilominus tantus est: quia nihil in spatiis locorum et temporum per seipsum magnum est, sed ad aliquid brevius, et nihil rursus in his per seipsum breve est, sed ad aliquid majus. Lib. 6, *Musica*, cap. 7.

9. Quantum illi laudandi atque prædicandi, qui dignati non sunt etiam cum mundo florente florere: tantum increpandi et accusandi sunt, quos perire cum mundo pereunte delectat. *Epist. 45, ad Armentarium.*

10. Mundus iste periculosior est blandus, quam molestus: magis cavendus cum se illicet diligi, quam cum admonet cogitque contemni. *Epist. 144, ad Anastas.*

11. Vincula hujus mundi asperitatem habent veram, jucunditatem falsam, certam dolorem, incertam voluptatem, durum laborem, timidam quietem, rem plenam miserie, spem beatitudinis inanem. *Epist. 39, ad Licentium.*

12. In hoc mundo non timere, non dolere, non laborare, non periclitari, impossibile est: sed plurimum interest qua causa, qua expectatione, quo termino ista quisque patiat. *Epist. 82, ad Largum.*

13. Quam fallax et suspectum, quam instabile et transitorium est, quidquid hujus mundi amor parturit. *De Spiritu et anima*, cap. 49.

14. Visibilem omnium maximus est mundus, invisibilem omnium maximus est Deus. Lib. 11, de *Civitate Dei*, cap. 14.

15. Totā miseria est in mundo, dolor ubique, ubique metus, ubique necessitas, ubique labores. Super *Psal.* cxxxviii, vers. 11.

16. Ut quid claudicatis umbrosis inguinibus? si Deus est, ite post illum: si mundus est, ite post illum. Si Deus eligatur, servietur illi: si mundus

eligatur, ut quid fictum cor quasi Deo accommodatur? *Prosec.*

17. Quisquis contempto Deo sequeris mundum, et ipse te deserit mundus.

18. Sequere adhuc quantum potes fugitivum, et si potes, apprehende eum, tunc eum: sed video, non potes, fallis te.

19. Ille enim labiles motus suos torrentis icu percurrens, dum te videt inhaerentem sibi, et tenentem se: ad hoc te rapit, non ut salvet, sed ut perdat te.

20. Ecce ruinosus est mundus, ecce tantis calamitatibus replevit Dominus mundum, ecce amarus est mundus, et sic amatur. Quid faceremus, si dulcis esset?

21. Omnia immunde, teneri vis periculis, quid faceres si maneres! Quem non deciperes dulcis, si amarus alimenta mentiris? Lib. 4, de *Symbolo fidei*, cap. 1.

22. Necessè est ut nos oderit mundus, quos erit nolle quod diligit. *Tract. 87, super Evangel. Joan.*, de cap. xv.

23. Ultere mundo, non te capiat mundus, quo intrasti: iter agis, exiturus venisti, non repansurus. *Ibid.*, tract. 40, de cap. 8.

24. Si delectat te mundus, semper vis esse immundus: si autem jam non te delectat hic mundus, jam tu es mundus. *Prosec.*

25. Verumtamen si per aliquam infirmitatem adhuc te delectat mundus, habitat in te qui mundat, et eris mundus. *Ibid.*, tract. 38, de cap. 8.

26. Quisquis amat mundum, tibi prospice, quo sit mundus.

Hæc via qua vadis, via pessima, plenaque cladis. In *Maruali*, cap. 30.

27. Quanto infelicior mundus iste esse conspicitur, tanto facilius pro amore celestis patrie contemnatur. *De Speculo peccatoris*, cap. 3.

28. Sic blanditur hic mundus, ut nemo velit finire serumnosam vitam, ubi falsa voluptas, nulla securitas gaudi, timor torquens, cupiditas avida, tristitia arida. *De verbis Domini*, serm. 17.

29. Theatrum mundus, spectator Deus. *Homil. 9, Ex quinquaginta Homil.*

30. Tenet te mundus, illecebra circumquaque blandiuntur: delectat te pernicia magnitudo, delectat honoris fulgor, delectat potentie terror. *Ibid.*, *homil. 13.*

31. O infelicitas generis humani! amarus est mundus et diligitur: si dulcis esset, qualiter amaretur? *Serm. 1, fer. 5 post Dom. Pass.*

32. Si migrandum est de hoc mundo, non amandus est mundus: ecce turbatur mundus, et amatur mundus; quid si tranquillus esset mundus? *Prosec.*

S. EUCHER.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.

MAGNES.

S. HIERON.

S. JOANNES

CHRYSOST.

JOAN. TRIT.

S. JULUS.

ORIGENES.

S. PETER.

DAN.

PHILO JUD.

S. AUGUST.

SALVIANUS.

IN VIT. PAT.

ARISTOTEL.

SENECA.

JOAN. GERS.

S. AMBROS.

33. Non vis relinquere mundum; relinquit te mundus, et sequeris mundum. *Serm. 1, Dominice 23 post Trinit.*

34. Duplicem mundus aciem producit contra milites Christi: blanditur ut decipiat, terret ut frangat. *Serm. 1, de S. Vincentio.*

35. Quomodo potest superare mundum savientem, qui non potest superare blandientem. *Prosec.*

36. Blanditur hic mundus pollicendo honores, divitias, voluptates: minatur hic mundus intendendo dolores, egestates, humilitates. *Serm. 6, de Martyribus.*

37. Diabolus regnat in mundo, dum regnat ambitio, dum dominatur perfidia, dum conculcatur simplicitas. *Serm. 23, ad Fratr. in eremo.*

38. O mundo immunde! homines illaqueare non desinis, quiescere non permittis, rapere omnes appetis, occidere omnes quæris. *Prosec.*

39. Væ qui tibi credit, beatus qui tibi resistit, sed beator qui a illesus recedit. *Ibid., serm. 31.*

40. O munde proditor! cuncta bona promittis, sed cuncta mala profers; promittis vitam, sed donas mortem; promittis gaudium, sed largiris moerorem; promittis quietem, sed ecce turbatio; promittis florem, sed cito vaneſcit; promittis stare, sed cito recedis. *Prosec.*

41. Non ergo est diligendus, quoniam omnino transis, et concupiscentia tua velut funis evanescit. *Ibid.*

42. Loquantur omnes amatores tui, o munde immunde! utrum in hac vita gaudium habuerint sine dolore, pacem sine discordia, quietem sine metu, sanitatem sine infirmitate, lumen sine tenebris, pacem sine dolore, risum sine fletu? *Ibid.*

43. O munde immunde, fallax et proditor! numquid non periculosior es blandus quam molestus? numquid non timendus es dum allicis quam dum spernis? numquid non magis odiendus dum diligere dissimulas quam dum odire te ostendis? *Ibid.*

44. O munde immunde! in te habitare et non dolore impossibile est, in te sperare et non timere vanum est, in te tua amare et non periclitari possibile non est. *Ibid.*

45. Ecce mundus transit et nos turbat, et amatur: fallit, et fidelis reputatur: occidit, et velut vita desideratur: fleat, et amplectitur. *Ibid.*

46. Si floreret mundus, quid facerent amatores ejus? sed vere non floret, et stabilitatem nullam habet, sed juvenilitatem falsam, certum dolorem, incertam lætitiã, durum laborem, timidam quietem, rem plenam miserie, et spem beatitudinis inanem. *Ibid.*

47. Mundus quanto familiarior est, tanto periculosior est, est multi per vitia ejus corrumpit. *Ibid.*

48. Ut mundus hinc vincatur cum amatoribus et terroribus suis, sanctorum martyria docuerunt. *Apud D. Antonin., part. 4, tit. 3, cap. 3, § 2.*

49. Mundus ut obtineatur, relinquitur. *Epist. 32.*

50. Sic utaris hoc mundo tanquam non utens, ut ex bonis ejus bona facias, non malus fias. *Epist. 70.*

51. Ulendum est hoc mundo, non fruendum. *Lib. 1, de Doctr. christ., cap. 4.*

52. Mundus vel icu oculi stare non poterit, si ei Deus regimen subtraxerit. *Lib. de Gen. ad lit., cap. 12.*

53. Vivis in mundo impuris voluptatibus illecebrosus, nefandis crudelitibus furioso, erroribus et terroribus inimicus. *Lib. 1, de Civ. Dei, cap. 27.*

54. Quidquid mirabile sit in hoc mundo, profecto minus est quam totus hic mundus. *Ibid., lib. 10, cap. 12.*

55. Mundus non est æternus. *Ibid., lib. 11, cap. 4.*

56. Iste mundus nobis notus esse non posset, nisi esset; Deo autem nisi notus esset, esse non posset. *Ibid., cap. 10.*

57. Boni ad hoc utuntur mundo, ut fruatur Deo: mali autem contra, ut fruatur mundo, uti volunt Deo. *Ibid., lib. 15, cap. 7.*

58. Mutatione rerum, non omnimodo interitu transibit hic mundus. *Ibid., lib. 20, cap. 14.*

59. Omnis homo prius mundo, non Deo nascitur, et ut Deo nascatur, de mundo eligitur, qui renascitur, ut jam non sit de mundo. *Lib. 6, contra Julian., cap. 2.*

60. Iste mundus tanta rerum labe contritus est, ut etiam speciem seductionis amiserit. *Epist. 45.*

61. Cælum et terra, mare, et omnia que in eis sunt, mundus dicitur. *Tract. 2, super Joan.*

62. Utere mundo, non te capiat mundus. *Ibid., tract. 40.*

63. Totus mundus christianus est, et totus mundus impius. *Tract. 4, super Epist. Joan.*

64. Si pulcher est mundus, qualis est artifex mundi? *Homil. 38, Ex quinquag. Homil., cap. 4.*

65. Mundus est ubi malitiæ plurimum, sapientiæ modicum, si tamen vel modicum invenitur. *Prosec.*

66. Ubi viscosa omnia, omnia lubrica, operata tenebris, obessa laqueis: ubi periclitantur anime, ubi spiritus affliguntur, ubi tantum vanitas et afflictio spiritus. *Serm. 6, de Ascens.*

67. Quid in hoc mundo agimus, fratres, aut quid facimus de hoc mundo? si salvari contendimus ab illo nequam, quid adhuc de hoc mundo decernimus? *Serm. De eo quod scriptum est: Beatus homo, etc.*

68. Habet mundus iste noctes suas, et non paucas, cum pene totus ipse sit nox, et totus semper

versetur in tenebris: quid dico, quia noctes habet mundus? an non nox, ubi non percipiuntur ea quæ sunt Spiritus sanctus? *Serm. 75, super Cant.*

69. Generositas sanguinis, proceritas corporis, juvenilis decora, prædia, palatia, immensa suppellex, infulsque dignitatum, de mundo sunt hæc, et mundus quod suum est diligit. *Epist. 109, ad Thomam propositum.*

70. Ubi sunt amatores mundi, qui ante pauca tempora nobiscum erant? nihil ex eis remansit, nisi cineres et vermes. Quid profuit illis inanis gloria, brevis lætitia, mundi potentia, carnis voluptas, falsæ divitiæ? ubi risus, ubi jocus, ubi arrogantia? *Lib. Medit., cap. 3.*

71. Tu homo quem fructum expectas in mundo, cujus fructus ruina est, cujus finis mors est? *Ibid., cap. 17.*

72. Mundum diligit, et Deum relinquit. *Serm. de Miser. vulniam.*

73. Vulnerat sumus ingredientes mundum, conversando in mundo, exeundo de mundo. *Serm., de Quinque negotiationib.*

74 bis. Mundus duobus modis contra electos pugnat; verbo, et gladio; verbo salisatis, et gladio adversitatis. *Super Psalm. xxxiv.*

75 bis. Mundus cum suis vanus est, quia non præbet fulcimentum innitenti: haculus enim est arundineus, super quem si innixus fuerit homo, cadet. *Super Ecclesiasten.*

74. Anguilla quanto fortius stringitur, tanto citius de manu elabitur: sic et mundus quanto plus amatur, tanto timidus retinetur ne perdat. *Serm. 2, de Invent. S. Crucis.*

75. Quod cum magna expectatione in mundo speratur ut veniat, non potest teneri cum venerit, quia transeunt omnia, et evolvant omnia, et sicut fumus evanescent, et væ qui amant talia. In colat. de Contemptu sæculi.

76. Fallax et vanus est mundus, finis dubius, exitus horribilis, iudex terribilis, et pena infimibilis. *Ibid.*

77. Maris comparatur hic mundus, quia falsitibus amari est, fluctibus diabolicis quatitur, et vitiorum tempestatibus commovetur. *Super Psalm. lxxv, vers. 6.*

78. Mundum habes, Deum non habes: mundus transibit, in eum eo qui non stat, cædes, transibit et rues. *De Jejun. et tent. Christi., cap. 6.*

79. Mundus carcer est, atque exiliium electorum. *Super Epist., ad Ephes., cap. 2, art. 2.*

80. Signum manifeste damnationis in hoc mundo est sua beneplacita assequi, et a mundo diligi. *Epist., ad Damas. Pap. de morte D. Hieronym.*

81. Nihil mihi commune sit tecum, fallacis mundi figura præteritis: hoc uno genere acqui-

ram de te, relinquendo te, incurſurus damaum mei per usum tui; palam de te potius capiam, quam repulsum. *Serm., de Castigat., ante fin.*

82. Non est mundus amandus, quia latet hamus in esca illius amoris. *Prosec.*

83. Amor enim mundanorum semper producit multos fructus dolorum: et tanto majores dolores tibi inferunt, quanto majorem amorem habes. In suis *Opuscul., oraculo 30.*

84. Insensibilem pene reddit affectum, frequens cura mundi, et quasi callum quemdam menti obducit. *Serm. 1, super Cant.*

85. Utinam mundo ad necessitatem, sed non diligit ad superfluitatem. *Super I Joan., cap. 2 in illud: Nolite diligere mundum.*

86. Tendamus oculos cordis in hac latitudine mundi presentis, et ecce quasi toti floribus, quot hominibus plenus est. *Lib. 11, Moral., cap. 26.*

87. Mihi mundus crucifixus est, et ego mundus. Quia nec Paulus mundi gloriam querebat, nec a mundi gloria ipse querebatur: et se mundo et mundum sibi crucifixum esse gloriatur. *Ibid., lib. 5, cap. 3, super illud ad Galat. 6; Mihi mundus, etc.*

88. Ecce mundus qui diligitur, fugit: ecce jam mundus in seipso aruit, et adhuc in cordibus nostris floret. *Prosec.*

89. Ubique mors, ubique luctus, ubique desolatio, undique percutimur, undique amaritudinibus replerimur, et tamen cæca mente carnalis concupiscentia, ipsas mundi amaritudines amamus, fugientem sequimur, labenti inhæremus. *Homil. 28, super Evang.*

90. Qui nihil habet in mundo quod appetat, nihil est quod de mundo pertimescat. *Lib. 10, Moral., cap. 12, super illud Job 11: Requiesces, et non eris, etc.*

91. Tanto quisque plenius pavorem a se, qui ex mundo est, abicit, quanto in semetipso verius concupiscentiam mundi vincit. *Ibid.*

92. Nolite constanter mundum diligere, quandoquidem ipse non potest, quem diligitis, stare: incassum cor manentes figitis, dum fugit ipse quem amatis. *Part. 3, Pastor., cap. 4, ad monit. 28.*

93. Despicendus est hic mundus, etiamsi blandiatur, et rebus prosperis demulceat animum. *Lib. 3, Dialogi., cap. 38.*

94. Postquam hic mundus tot flagellis premittitur, tanta adverteſtate fatigatur, tot quotidie hominibus ingeminat, quid aliud quam ne diligatur, clamatur? *Ibid.*

95. Eripe animam a mundo, fuge Sodoman, fuge incendium, perge, nec retrospecas, ne forte in salis statuum obduraris, in montibus salveris. *Orat. 3, de S. Lavacro.*

S. FRANCIS.
ASSISIENSIS.GILLEBERT.
ANGLUS.

CLODIO. OUD.

S. GREG.
MAG.

S. BONAV.

S. BERNARD.

CASSIODOR.

S. CYPRIAN.

MONYSIUS.

CARTHUS.

S. EUSEBIUS.

CESARENSIS.

S. EUSEBIUS.

EMISENUS.

S. GREG.
NAZ.

HAYMO.

96. In mundo etiamsi quadam commoda blandiuntur, non amplectenda sunt nequiter, sed despicienda sunt fortiter. Serm. *Ascens.*

S. HIERON.

97. In illo aestu (maris scilicet hujus mundi.) Charybdis luxuriae salutem vorat: ibi ore virgineo, ad pudicitiae perpetranda naufragia, Scylla seculi veniens libido, blanditur: hic barbarum litus, hic diabolus pirata, cum sociis portat vincula capiendis. *Prose.*

98. Nolite credere, nolite esse securi, licet in modum stagni fusum sequor arrideat, licet vix summa jacentis elementi spiritu terga crispentur, magnos hic campus montes habet, intus inclusum est periculum, intus est hostis, expedito rudentes, vela suspendite, crux antennae figatur in frontibus, tranquillitas ista tempestas est. Epist. 1, ad *Heliodor.*

99. Tu qui caelesti mundum, ut caeleste eo gradum tibi quemdam ascendendi ad caelum faceres, mundi gloriam ne requiras. Epist. 1, ad *Demetriad.*

AUGO A S.
VICTOR.

100. Minimum donum, quod Deus dedit homini, ut diligatur ab homine, totus est mundus: si minimum donum sit mundus, quantum putas est maximum? *De Allegor., super Exod., lib. 3, cap. 4.*

101. Mundus duo promittit ut pervertat, pretiosa scilicet et sublimia: hoc est, divitias et honores. Dat mundus opes, sed non gratis: dat honores, sed non sine pretio. Lib. 1, de *Claustro animae*, cap. 5.

102. Mundus diluvium est, cor autem hominis (si per amorem mundanorum se deorsum inclinavit) naufragatur inter fluctus seculi, et mutabilibus admixtum inter labentia fluit, gemitivoque salutis periculo, et per affectum infirmorum profunde mergitur, et per occupationem plurimorum late dissipatur. Lib. 2, de *Vanit. mundi.*

103. Alter quidam mundus huic praeterenti mundo ac transitorio contrarius invenitur (qui est vita aeterna), ibi praeteritis praesentia non succedunt, nec praesentibus futura superveniunt: sed quidquid ibi est, praesens est: nihil praeteritum, nihil futurum. Cujus figura non praeterit, ejus forma non transit, ejus species non marcescit, ejus pulchritudo non deficit. *Prose.*

104. Ille mundus in hoc mundo est, et hic mundus illo mundo minor est: quia illo capit, quem capere hic non potest.

105. Hunc mundum vident oculi carnis, illum mundum intrinsece contemplantur oculi cordis.

106. In hoc mundo habent homines sua oblectamenta, in illo mundo ineffabiles sunt delectationes.

107. In hoc mundo currunt homines, et plau-

dunt ad spectacula vanitatis: in illo mundo, per aeternum silentium exerceant et jucundantur mundi corde in contemplatione veritatis. Lib. 4, de *Area Nos*, cap. 9.

108. Mundus est transitorius, vanus, sollicitus, falsus, deceptorius. Lib. 4, de *Propriet. rerum*, cap. 11.

109. Mundus duo genera hominum sibi retinet, quasi proprios: scilicet fidei honores, et aperte malos. Super *Gen.*, cap. 30.

110. Nullus est (si perfecte inspiceret mundum) qui non fugeret ab eo. *Ibid.*, cap. 31.

111. Mare mortuos expellit a se, sic et mundus: et sicut mortuus a mari expulsus non sentit, ita qui vere mortuus est mundo, non sentit contumelias ejus. *Ibid.*

112. Vir justus recedens a mundo, non indicat hoc mundo, ne retrahat eum mundus. *Ibid.*

113. Sicut Judas osculo Christum tradidit, sic et mundus quos osculatur tradit. *Ibid.*, cap. 31.

114. Mundus a longe pulcher est, si autem diligenter et de prope inspicitur, turpis et foedus apparebit. *Ibid.*, cap. 37.

115. Nullus vere ingreditur mundum per cognitionem: quia si vere cognosceret, nullo modo diligeret, et nullatenus in eo remaneret. Super *Josue*, cap. 6.

116. Mundus dicitur mare, quia timet per superbiam, spumat per luxuriam, fervet per iracundiam, nubilus est per tristitiam, omnia flamma in se recipit per avaritiam, major piscis ibi minorem devorat per rapinam, mortuos eiecit, vivos attrahit per invidiam. Super *III Reg. xviii.*

117. Mundus opprimit blandiendo, et juvat premendo. Super *Job.*, cap. 35.

118. Mundus est quidam hospes, qui nos libenter recipit, et multa promittit, et tandem nudos expellit. Super *Psal. xlviii.*

119. Mundus mare est falsum per cupiditatem, foetens per luxuriam, tumens per superbiam. Super *Psal. lxxviii.*

120. Mundus non est regio, sed carcer: non solum hominum, sed et daemonum. Super *Psal. cxv.*

121. Septem sunt vincula, quae tenent hominem quasi ligatum in mundo. Primum, est amor sui; secundum, amor mundi; tertium, amor parentum; quartum, ambitio honorum; quintum, prava consuetudo; sextum, stulta promissio; septimum, praesumptio. Super *Psal. cxxxi.*

122. Totus orbis terrae est quasi quidam ludus pileae, qui modo ab illo tenetur, modo ad illum projicitur, et aliquando in partes dividitur, et ille unam partem habet, et alius aliam. Super *Prov.*, cap. 8.

123. Mirabile opus fuit creatio mundi, mirabi-

HUGO CARD.

JOAN. CASS.

JOAN. CASS.

S. JOAN.
CHRYSOST.

lius fuit creatio mundi, mirabilissimum erit glorificatio mundi. Super *Ecclasiastic.*, cap. 38.

124. Mundus nihil aliud est, quam tumultus, vel sarcophagus plenus cadaveribus mortuorum. Super *Isaiah.*, cap. 25.

125. Mali sunt domestici mundi, boni autem peregrini. Super *Joan.*, cap. 15.

126. Tria sunt omnia quae in hoc mundo sunt, scilicet, bonum, malum, medium. Bonum est sola virtus animi; malum est peccatum; media sunt, quae in utramque partem pro affectu et arbitrio utentis derivari possunt. Collat. 6, *Abbat. Theodori*, cap. 3.

127. In mundo est magna malitia laes, magna pecuniarum tyrannis, magna virtutum raritas. Homil. 35, super *Gen.*

128. Qui separatur a mundo non corpore, sed animo: non loco, sed actu; quamvis sit in mundo non videtur esse in mundo, quia non utitur mundo. Homil. 48, super *Math. Oper. imperfect.*

129. Fuge mundum conversatione, non corpore: nam ipse mundus non natura diaboli est, sed corruptione. *Prose.*

130. Nec ab initio fecit hunc mundum diabolus, sed Deus: postea corruptione factus est diaboli. Ergo mundus quidem ipse, Dei est: corruptio autem mundi, diaboli est.

131. Si ergo de mala conversatione recesseris, et si corpore sis in mundo, recessisse videris de mundo diaboli, et esse in Dei mundo. *Ibid.*, homil. 29.

132. O miserimus mundus et miser, qui eum sequuntur: semper homines mundi alia opera excuserunt a vita. *Ibid.*, homil. 41.

133. Nemo amat a mundo, nisi qui odio fuerit Christo. Serm. 1, de *Mortificationibus.*

134. Omnia mundana risus sunt, facetiae, et urbanitas: et hoc est quod omnia subvertit, hoc omnia dejicit. Homil. 15, super *Epist. ad Hebr.*

135. Quidquid terroris habet mundus, contemno: quidquid delectabile habet, rideo: divitias non cupio, paupertatem non horresco, mortem non timeo. Homil. de *Expuls. ipsius.*

136. Mundus hic et mortalis est, et momentarium regio. Lib. 1, *Parallel.*, cap. 8.

137. Difficillimum aut impossibile afferunt sapientes, in presenti gaudere cum mundo, et in aeternum exultare cum Christo. *Prose.*

138. Et plane miserissimum est, torqueri cum mundo, et in aeternum cum diabolo flagellari. Lib. 7, de *Nigis curiae*, cap. 22.

139. Fallax est hic mundus, finis dubius, exitus horribilis, iudex terribilis, poena infundibilis. *Prose.*

140. Periculosior est blandus, quam molestus;

et magis cavendus, cum per prospera attrahit; quam cum per adversa savi.

141. Blandimenta ejus noxia, plena sunt dolis, nititur ut decipiat, insistit ut occidat.

142. Recte mundus per antiphrasim dicitur est, quia mundus non est, sed omni spiritus et malitia plenus. Lib. 1, de *Tent. relig.*, cap. 2.

143. Ecce mundus transit, et sequeris: decipit, et eum diligit: mentitur, et confidit. Quid putas, fiet tibi? cum pereunte peris, cum labente laboris, cum decipiente deciperis. *De vanit. et miser. hum. vitae*, cap. 2.

144. Nihil rebus mundi fugacius, nihil fragilius, nihil brevius. *Ibid.*

145. Fugiendus mundus, quoniam male suos amatores remunerat, quos in aeternum damnat. *Ibid.*

146. Magna apud Deum refulget gratia, qui huic mundo contemplabilis fuerit: nam revera necesse est, ut quem mundus odit, diligatur a Deo. Lib. 3, de *Summo bono*, cap. 16, sent. 3.

147. Qui hunc mundum diligunt, turbulenti ejus curis, et sollicitudinibus conturbantur: qui autem eum odunt, nec sequuntur, internae quietis tranquillitate fruentes, futurae pacis requiem hic quodammodo habere jam inchoant. *Ibid.*, sent. 7.

148. Dum quis a conserto mundi abstrahitur, nec cupiditas eum obligat consentientem, nec cruciat sentientem. *Prose.*

149. Bonum est quidem corporaliter remotum esse a mundo, sed multo est melius voluntate, utraque perfecte. *Ibid.*, cap. 47, sent. 3.

150. Quaecumque mens procellis mundi hujus, involveris, lignum conscende crucis, ut a mari, id est, tempestate hujus mundi libereris. *Ibid.*, cap. 22.

151. Mundi amatores non solum ex eo rei sunt, quod infima pro summis appellant: verum etiam et miser, per hoc quod gravi aeterna ad ipsa desiderata pertingunt. *Ibid.*, cap. 59, sent. 1.

152. Multis mortuus est mundus, ipsi tamen vicissim mundo mortui non sunt: bona enim mundi diligunt, et tamen ipsa quae diligunt, minime consequuntur. In utroque vacui sunt, quia et futura perunt, et praesentia non acquirit. *Ibid.*, cap. 59, sent. 5.

153. Mori oportet hominem in carne mundo, ne moriatur in animo Christo: nam vere tunc vivit quisque creditur, si secundum mundum moriens, in solo Deo vivere delectetur. *Ibid.*, cap. 61, sent. 6.

154. Esto mortuus mundo, et mundus tibi: mundique gloriam tanquam mortuus non queras. Lib. 2, de *Synonym.*, cap. 17.

S. ISID. HIS.

165. Mundus hic insidius plenus est : nullum locum, nullum tempus invenies, in quo valeas esse securus. *De discipl. monast. conversat.*, cap. 14.
- S. LAURENT. JUSTIN. 166. Totus cum sit turbinibus mundus plenus, ille vero consensus est felix, qui Dei gratia preventus, aridum mundum spernit cum flore. *Serm. de Vita solitar.*, cap. 6.
- S. LEO. I. 167. In mundo plena sunt omnia periculis, plena laqueis : incitant cupiditates, insidiantur illecebræ, blandiuntur luera, damna deterrent. *Prose.*
168. Amare sunt obloquentium linguæ, nec semper veracitas sunt ora laudantium : inde sevit odium, hinc decipit mendax officium : ut facilius sit vilare discordem, quam declinare fallacem. *Serm. 5, Quadrag.*
- S. NILUS. 169. Omnia mundana, umbra et fumus, et bulle sunt. *Parvens. 241.*
- PETR. BLES. 170. Mundus in maligno positus est : plenus periculis, plenus laqueis, plenus scandalis, plenus colloquii pravis, exemplis malis, proditoriis verbis, et iniquis consiliis. *Epist. 102, ad Radingens. abbat.*
- S. PETRUS DAMIANUS. 171. Totus mundus hoc tempore nihil est aliud, nisi gula, avaritia, atque libido. *Lib. 1, epist. 15, ad Alexandr. pap.*
172. Fugiendus est mundus, qui tenebras parit : et in quibus semper est, tenebrarum caliginis inferi, consentientibus sibi, atque obedientibus lumen extinguit, et suorum oculos obruit amicorum. *Lib. 6, epist. 5, ad Monach. Cluniae.*
173. Quisquis mundi hujus inquietis actionibus implicatur, necesse est ut lumen contemplationis amittat. *Ibid.*
174. Mundus offert nobis quiddam pulchrum est visu carnis concupiscentiam et oculorum, et ambitionem sæculi, ut illaque et miseros, illaqueatos strangulet, strangulatos semperternis involvat incendii. *Serm. 56, de Sancto Martino.*
- PHILO JUD. 175. Inter ea, quæ sensu comprehenduntur, nihil quiddam est mundo absolutius. *Lib. Quod mundus sit incorruptibilis.*
- ROBERTUS BELLARM. 176. Certe si non essent procer assidue servorum Dei, quibus Deus placari se patitur, jam mundus non tam diu subsisteret. *Super Psalm. cv, vers. 24.*
177. Mundus et si non diligit eos, qui de mundo non sunt, miratur tamen et Deum in illis, et cum illis esse negare non potest. *Super Psalm. cxxv, vers. 3.*
- THOMAS. A KEMPPS. 178. Quid quæris, quid cupis videre in mundo, ubi nihil est mundum? *In Hortulo Rosar.*, cap. 2, sect. 2.
- IN VIT PAT. 179. In mundo parva et brevis voluptas est,

imo non voluptas, sed fraus quædam est et impostura perversitatis mundi, quem nullomodo diligere, verum potius ex animo odisse atque insectari docemur. *Prose.*

170. Ac sane odio et detestatione dignus est; nam quiddam insidius suis domo dat, idem rursus animo irato eripit, atque omni bono spoliatus, ignominiaque indutos, gravibusque sarcinis onustos, ad sempiternam calamitatem transmittit : et quos in sublime attollit, extremam humilitati atque afflictioni obnoxios quamprimum reddit, hostiumque suorum ludibrio exponit.

171. Amicorum suorum hostis est, omnibusque qui ipsius voluntatibus obsequuntur, insidias struit : horrendum in modum eos, qui ipsi imitantur, conturbat : et eorum qui fiduciam suam in ipso collocant, nervos omnes elidit.

172. Cum stultis fœdus sancit, falsasque pollicitationes init : hoc tantum animo, ut eos ad se pertrahat, illis sincero animo sese ad ipsum adjungentibus, improbus ipse ac mendax esse comperit, nihil eorum que pepigerat, prestans.

173. Nam cum jucundis cibis eorum fauces hodie delinivit, cras eosdem hostibus suis devorandos objicit.

174. Hodie regem aliquem creat, et cras eundem in miseram servitutem addicit : hodie innumeris bonis florentem reddit, cras mendicam et mancipiorum mancipium : hodie insignem coronam ipsius capiti imponit, cras ipsius faciem terre allidit : hodie ipsius collum splendidis dignitatum honoribus exornat, cras eundem ferreis catenis victum dejicit.

175. Ad breve tempus omnium amorem ac benevolentiam ipsi conciliat, aliquando post autem eidem omnium odium et execrationem collat.

176. Hodie ipsum voluptate afficit, et cras eundem luctibus ac lamentis conficit.

177. Denique incolas gehennæ, eos a quibus adamatus est, miserandum in modum afficit.

178. Hæc semper ipsius mens, ac sententia est, hoc institutum : nec eos qui preterierint, huc : nec eorum, qui relicti sunt, commiseratione afficitur. *Lib. 1, in Vita Sv. Barlaam et Josephat.* cap. 12.

SENTENTIE PAGANORUM.

179. Auctor supremus creavit hunc orbem, ut exemplar idoneum suæ excellentis sapientie. *Lib. 12, Theolog.*, cap. 22.

180. Mundus amplitudine est summus, motu incitatissimus, splendore fulgentissimus, nec vetustescens, nec occidens unquam. *De mundo.*

181. Mundus hic omnis, oppidum nostrum est. *Lib. 4, de Finibus.*

- FLATO. 182. Hunc mundum ex omni materia creavit Deus, universique naturam terminum ipsum circumscripti, atque definiti. *Sixygia 5, in Dialogo Timæi.*
183. Unus profecto est mundus, non plures, factus ad exemplum, qui omnia animalia, et maxime quæ ratione intelliguntur, complectitur. *Ibid.*
- SENECA. 184. Passila res mundus est, nisi in illo quod querat omnis, mundus habeat. *Lib. 7, Quæst.*, cap. 31.
- Vide etiam tit. *Amor*, in genere, sent. 52, 53; *Cacitas*, sent. 9; *Carcer*, sent. 31; *Cura*, in genere, sent. 8; *Despicere*, sent. 17; *Domus*, sent. 60; *Evagatio*, sent. 16; *Favor*, sent. 24; *Finis*, sent. 35, 36; *Frui*, sent. 38; *Humilitas* in genere, sent. 22; *Idolatria*, sent. 14; *Instabilitas*, sent. 4; *Justitia*, sent. 97; *Laqueus*, sent. 36; *Maliitia*, sent. 19; *Miratio*, sent. 8; *Nihilum*, sent. 2; *Nocturnum*, sent. 43; *Occupatio*, sent. 1; *Patria*, sent. 66; *Persecutio*, sent. 24; *Providentia Dei*, sent. 125, 126; *Religio* sent. *Congregatio*, sent. 48, 76; *Relinquere*, sent. 120; *Renuntiatio*, sent. 4, 8, 14, 12, 16, 17, 18; *Requies*, sent. 40; *Sequi*, sent. 8; *Suavitas*, sent. 18; *Superbia*, sent. 99; *Temporale*, sent. 1.
- MUNUS.
- ARISTOTEL. Munus est rei alicujus donatio, ac honoris signum. *Lib. 1, Rhetor.*, cap. 5.
6. ISID. HIS. Inter munus et donum hoc interest, quod munus accipientis sit, donum dantis : illud a muniendo, istud a dando. *Lib. 1, de Differentiis*, differ. 108.
- PHILO JUD. Observa dona differre a muneribus : illa enim magnitudinem honorum præ se ferunt ; hæc intra parvum modum contrahuntur. *Lib. 2, Legis allegoriarum.*
- S. ANTONIN. 1. Acceptio munerum, prævaricatio veritatis est. *Part. 4, tit. 5, de Justitia*, cap. 15, § 2.
6. AUGUST. 2. Munera non solum pecunia est, non solum aurum et argentum, non solum Xenia sunt, neque omnes qui accipiunt ea, accipiunt munera. *Prose.*
3. Accipere enim munera est propter munera laudare hominem, adulari homini, palpere blandiendo, judicare contra veritatem propter munera.
4. Non solum propter aurum, et argentum, et hujusmodi aliquid : sed etiam propter laudem, qui judicat male, munus accipit, et munus quo nihil inanius. *Super Psalm. xxv. Enarrat.* 2, vers. 40 : *Dextera eorum repleta est muneribus.*
5. Non intendit Deus ad munus, sed in corde videt. *Tract. 5, super epist. Joan.*, de cap. 3.
- CICERO.

6. Qui dat munera, animam auferit accipientium : quia per munus auferitur animus. *Expos. 2, super Psalm. 118, cap. 3, vers. 11, art. 1.*

7. Honestas rei, et virtus pretii, Religiosorum et pauperum xenium esse probant. *in Speculo discipl.*, part. 2, cap. 6.

8. Nullius gratiam munusculis comparet. *Ibid.*

9. Malorum poena est, a munere divinitatis arceri. *Super Psalm. 83.*

10. Non munus, sed voluntatem divitem reputat Dominus, qui animam erudit. *Apud div. Joan. Damasc. Lib. 3. Parall.*, cap. 26.

11. Quæ religio manum claudit, porrectis muneribus? *De Cardinal. oper. Christi.*, cap. 4.

12. Apud Deum non est quantitas muneris, sed dilectio et humilitas cordis. *Super Ecclesiastic.*, cap. 35, in illud : *Noli offerre munera tua*, etc.

13. Pensandum est quanti est periculi transacta munera cerere, et futura desperare. *Lib. 26. Moral.*, cap. 16.

14. Non frangit quod ex dolore obviat, si mentis citius hoc quod ex munere sublevari, occurrat. *Ibid.*, lib. 3, cap. 7.

15. Tanto ab homine Deus postea districtius poenas exigit, quanto hunc impensum munere largius prævenit. *Ibid.*, lib. 8, cap. 16.

16. Tres sunt acceptiones munerum : munus a corde, munus ab ore, munus ex manu. Est capta gratia a cogitatione ; est gloria per favorem ; est præmium per dationem. *Ibid.*, lib. 9, cap. 17.

17. Justus quisque ab omni munere manus excutit, quia in eo quod recte agit, nec ab humano corde inanim gloriæ, nec ab ore laudem, nec a manu recipere dationem querit. *Ibid.*

18. Ab omnipotenti Deo munus ex manu non accipitur, quod corde obligato in malitia profertur. *Ibid.*, lib. 22, cap. 8.

19. Considerandum est ne acceptum munus vertatur in vitium, ne per favorem vitæ non absorbeat vorago nequitie. *Ibid.*, lib. 30, cap. 9.

20. Aliud est munus ab obsequio, aliud munus a manu, aliud munus a lingua. Munus ab obsequio, est subjectio indebite impensa ; munus a manu, pecunia est munus a lingua, favor. *Hom. 4, super Eccl.*, super illud Isai. 33. *Qui excutit manus suas a munere.*

21. Nunquam est vacua manus a munere, si fuerit arca cordis repleta bona voluntate. *Ibid.*, hom. 5.

22. Oblata munera subito respuit, qui avaritiæ radicem a corde suo penitus extirpavit. *Lib. 4, in 1. Reg.*, cap. 4, super illud : *Declinaverunt post avaritiam.*

23. Non delectamur xeniis. *Lib. 4, in Regist.*

S. BONAV.

CASSEIODOR.

CLEM. ALEX.

S. CYPRIAN.

GLOSS. ORD.

S. GREGORI.

MAGNUS.